



CFVSC
MISSEL


M N
7624






1[#] 70e






OPVSCVLIA
MISCELLANEA
ARIERVM AVTHORVM



Res n

2624

OPVSCVLA
MISSELLANEA
VARIORVM AVTHORVM.




OPUSCULA
MISSELLANEA

VARIORUM MURONTIA

SENTENTIOSA POETARVM
VETVSTISSIMORVM QVAE
SVPERSVNT OPERA:

Theognidis, Callimachi, Lini,
Phocylidis, Mimnermi, Menecratis,
Pythagorici cuiusd. Eueni, Posidippi,
Solonis, Rhiani Metrodori,
Tyrtæi, Eratosthenis, Simonidis.
Naumachij, Panyasidis,

Omnia versibus Latinis reddita.



Victurus Genium debet habere liber.

P A R I S I I S, M. D. L I I I.

Apud Guil. Morelium.

E S V I D A.

Theognis Megarensis è Siciliæ Megaris, natus olympiade LIX. elegiā in eos Syracusanos qui salui ab obsidione euaserunt, scripsit: sententias elegiacas ad versus bis mille octingentos, & ad Curnum amasium suum gnomologiam, id est selectas sententias, versibus elegiacis, alia quoque admonendi præcepta: omnia versibus descripta. Et admonitiones Theognis quidem conscripsit, sed ijs interiectæ sunt obscenitates quædam & puerorum amores, & alia nonnulla quæ vita virtuti consentanea auersatur.

Phocylides Milesius philosophus, eodem quo Theognis tempore vixit. fuit enim uterque posterior rebus Troianis ann. fencent. quadraginta septem, natus olympiade LIX. Carmina & elegias conscripsit: ea autem è Sibyllinis libris suffratutus erat.

Solon Execestidæ filius, Atheniensis philosophus, legislator & orator, natus est Olympiade quadragesima septima, vel, ut alij volūt, quinquagesima sexta. Ei Pisistratus tyrannus insidiatus est: itaque secessit in Ciliciam, urbemque condidit quam de nomine suo Solos nuncupauit. sunt etiā qui ad eū Silos Cyprios referant, Cyprique eum mortem obiisse: Atheniensibus leges scripsit, quæ Axones nominatae sunt, quod eæ in axibus, i. lignis tabulis, Athenis essent scriptæ: præcepta mo

rū & alia. est & hic vnuſ ē VII. dictis sapiētibus, ei⁹
dictū id fertur, Nequid nimis, &, Nosce teipſum.

Tyrtæus Archimbroti filius, Spartanus aut Mi-
lesius, elegiarū scriptor & tibicen, à quo fama est
carminibus cōcitatos Lacedēmonios, & ſic inpu-
gna Messenijs ſuperiores reddidiffe. Eſt autē anti-
quiss. eodē quo ſeptem vocati ſapiētes tépore, aut
etia⁹ antiquior. Floruit itaq; olymp. XXXV. poli-
tiam Lacedēmonijſ descriptiſ, & præcepta viueſdi
elegiacis verſibus, & carmina bellica ad libros V.

Mimnerm⁹ Ligyrriadis filius, Colophonius aut
Smyrnæus, aut Astypale⁹, elegiarū scriptor, natus
olymp. XXXVII. vt ſeptē ſapiētibus prior fuerit:
funt qui eū eodem tépore putent: vocabatur & Li-
gyastades, propter vocis cōcinnitatē & vocalitatē.

Callimachus Cyrenēus, grammaticus, Hermo-
cratis diſcipulus, cōcinniſſimus, vt poemata om-
ni genere metrorum ſcripſerit, & oratione ſoluta
plurima cōſcripſerit, ſupra lib. DCCC. vixit Ptole-
mæi Philadelphi temporibus, olymp. CXXVII.

Rhianus grāmaticus, eodem quo Eratosthenes
tépore, poemata descriptiſ, & Heracliadē lib. IIII.

Eratosthenes Cyrenē⁹, diſcipul⁹ Aristonis Chij
philosophi, nat⁹ eſt olym. CXXV. philosophicos
libros, poemata, historias & alia multa cōſcripſit.

Linus Chalcidensis primus ē Phœnicia literas
ad Græcos traduxiſſe dicitur, fuisséque Herculis
magiſter in literis, & lyricæ muſæ primus auſtor.

THEOGNIDIS MEGARENsis

sententiæ, Iacobo Schegkio interprete.

 Rex Phœbe, Iouis Latonæque in-
clyta proles,

Primo & postremo commemo-
rande loco. (ne ponā,

Te primū, mediū, postremū carmi

Exaudi, & clemens ad mea vota veni:

Te genitum, roseis mater quum ferret in vlnis,

Phœnicem ad gelidum, ad stagna rotūda, deū,

Visus es esse deos inter pulcherrimus omnes,

Delus & ambrosio plena ab odore fuit.

Immensa risere quidem tum pondera terræ,

Gaudia cœrulei magna fuere maris.

Et quæ horrendarum disquiris lustra ferarum,

Atrida ad Troiam cognita diua potens:

Te precor in melius referas mea fata tuendo,

Quo tibi promptius, at nil mihi maius erit.

Vos Charites, Musæ, proles Iouis inclyta, Cadmo

Qualis erat quōdam, quem cecinistis, hymē?

Omne bonum optandum, & quæ non bona sint,

Hæc sunt à vobis tū celebrata Deæ. (fugienda,

Dicenti mihi vera aderis suauissime Cyrne,

Nomine & obsigna ut sint bene tuta tuo.

Nemo malū vitat, cū sint bona multa: sed omnis,

Scripta Theognidis hæc sunt Megarensis, ait:

Qui paſſim bene notus eram fortasse ego cūctis:

Ciuibus at nequeo Cyrne placere meis.

A

2 THEOGNIS

Nec mirū, Polypæda: haud cūctis rector Olympi,

Siue pluat, seu non, Iuppiter ipse placet.

Cōsilium ergo meum referam, ne spreueris illud,

Quod puerum à senibus me didicisse iuuat.

Nec famam, nec opes ex rebus quāre inhonestis,

Virtutēm ve putes turpia lucra sequi.

Prauorum vites consortia, iungere sanctis

Cœtibus, hæc memori condita mente tene.

Perpetuo tibi conuictu iungantur honesti:

Principibus placeas semper vbique viris.

Nanque bono à cœtu condiscēs plurima, prauus

Eripit & quod habet mens tua consilij.

Cyrne, hæc addiscens, frugi coniungere amicis,

Consuluisse tibi me bene sæpe feres.

Vrbs hēc Cyrne diu male parturit: at timor angit,

Nequitiæ vltorem vt sit genitura virum.

Ciuibus est mens recta domi, dementia cœpit

Primates, certum in mox ruitura nefas.

Nempe boni nullis subuertunt cladibus vrbem,

Si qua ruit: scelus est, vnde ruina venit.

Deprauant vulgus sua propter lucra & honores,

Qui ius distribuunt, muneribūsque fidem.

Quāuis multa tenet pax mœnia nostra, quietem

Non duraturam cernere & ipse potes:

Cū mala lucra viris placeāt, quibus īprobius nil,

Publico & eueniant talia lucra malo.

Dissidium, cædes, bella intestina mouentur,

Vnus nec princeps ciuibus inde placet.

Antiqua est vrbs ista quidē, ac plebs altera nata,
 Quæ leges, iusti nec didicere modū.
 Hac habitāt, cerui vt qui quōdā in agris latuerūt,
 Pelliti capreis, rustica corda homines.
 Quiq; malus fuerat (quísnam ferat?) esse putatur
 Non malus: & rursum qui probus, esse malus.
 Alternis certant ridentes, fraude, dolisque,
 Virtutem esse inter nil vitiumque putant.
 Ex animo talem nullum complectere ciuem,
 Vtilitas quanuis nascitur inde tibi.
 Verbis, non animo, cura vt videaris amicus,
 Seria cūmque illis contrahe nulla tamen.
 Nam citò fallaces animos res detegit ipsa,
 Qua verbis nullum pondus inesse scies.
 Tēdiculas nectūt, fraudesque dolosque sequuntur:
 Non posset tales ipsa beare Salus.
 Prauorum consulta hominum euitare memento,
 Ardua si fuerit res obeunda tibi.
 Longa tibi quanuis via sit, qua accedere possis,
 Ne mora sit doctum consuluisse virum.
 Præcipuum quodcumque leues celabis amicos:
 Nanque fidem frangit maxima turba datam.
 Ardua consilio paucorum suscipe Cyrne,
 Incurabilis hinc ne dolor eueniat.
 Nempe fidem seruans, auro est preciosior omni,
 Cyrne, ad discordes si venit ille viros.
 Sunt pauci queis danda fides sors tristior illos
 Declarat, seruent quàm male amicitiam.

Ex æquo tristes casus tecum ferat, atque

Qui similem læta sorte animum exhibeat,

Tales orbis habet nusquam, paucique videntur:

Namque leues socios non ratis vna vehit.

Lingua quibus sit, frônsq; pudoris plena decétis,

Quàm pauci? & lucro qui posuere modum.

Non verbis adames, odia intrâ cœca recondens:

Si verbis, animi sit quoque certus amor.

Syncero vel ames animo, vel sis inimicus

Certus, sintque odij signa adaperta tui.

Vna cui lingua est, animi sententia duplex,

Fictus amor lædit quolibet hoste magis.

Laudat in os qui te, sed in absentem probra dicit,

Ac lingua famam vulnerat inde tuam:

Talis erit fidus nulli, nullique probandus,

Dissidet à sensu cui sua lingua dolis.

Atque vtinam talis mihi sit, qui ignoscere possit

Irato, & mores qui ferat usque meos.

Nam pro fratre erit ille mihi: memor esto meorū

Dictorum, obserua hæc cum procul abfuero.

Vt vanos adamé, nemo est suasurus, amicos,

Cyrne: malus cum sit, commoda nulla dabit:

In re difficiili miserum non seruat amicum:

Cum bona sunt, fruitur solus & ipse bonis:

Non aliter, quàm qui pelago sua semina mandat,

Fecerit, infidis qui sua dat socijs:

Omne perit, quodcunque tulit de semine pótus:

Ingratis quicquid sic datur, omne perit.

S E N T E N T .

Nil satis est prauo: quadam peccaueris in re,
Muneris effusa est gratia tota tui:
Sed contrà memori quicquid donatur amico,
Gratia ab exiguo munere magna venit.
Fallaces fuge Cyrne viros, vt nauita portus
Incertos metuens, abstinet atque fugit.
Quos non speraras, iungit tibi mensa sodales:
Sed pietas socijs, non bona vina carent.
Quid, qđ difficile est fictos cognoscere amicos?
Nulla magis prodest cautio, nulla fuga.
Fallax est argenti atque auri forma coloris,
Hunc tamen experiens cote notare solet:
At cum sub facili lateant mala pectora vultu,
Et condat varios fronte nitente dolos,
Hoc solum cunctis statuit mortalibus esse
Iuppiter ignotum, sensaque cœca tegi.
Nō hominū occultos poteris cognoscere mores,
Ni experiare prius, frena solent vt equos.
Hora tibi poterit non vna ostendere mentem,
Virtutis specie decipiare caue.
Non vires opta, aut numerosos æris aceruos,
Fortunam at supplex sæpe precare bonam.
Charius in terris nihil est superátve parentes,
Qui probitate graues, iustitiáque vigent.
Eortunæ auctorem nullus se dixerit vnquam:
Iuppiter est qui dat, quíque carere sinit.
Non est qui possit fines imponere rebus,
Quicquid agés cœpit, seu bona, seu mala sint..

In dubio euentus non fausto fine quieuit,

Qui bene cœpit: at is qui malè, sæpe bono.

Quolibet haud potiere bono, si fata resistant,

Quæ nos impediunt finibus ambiguis.

Vana homines ratio circumfert vndique, Cyrne,

Eueniunt superis quæ placuere deis.

Hospitibus qui iura negat, spernitve clientem,

Effugere iratos haud queat ille deos.

Esse magis cupias pauper, cultörque deorum,

Quam iniustas diues spargere largus opes.

Iustitia in se se virtutem continet omnem:

Haud bon' ullus, quin sit quoque iust', homo.

Divitias persæpe malis, sortemque secundam,

Sed mentem paucis dij tribuere bonam.

Exitio certo prior est iniuria pestis,

Immissa à superis, quos perijisse volunt.

E luxu primū nata est iniuria vecors,

Quam infert ppter opes stultus inérsque suas.

Paupertatē humilem nulli exprobrare memento,

Nam male nummatum spernere turpe virum.

Inclinat libram nunc huc, modò Iuppiter illuc:

Pauper erit subitò, qui modò diues erat.

Non tibi ventosæ quæratur gloria linguae:

Nescis sit tibi nox, quidve datura dies.

Sæpe Deus timidè quæ sunt incepta secundat:

Quodque malum credas, vertitur in melius.

Cœptaque prudenter casu Deus egit acerbo,

Nec sua consilium lucra fecuta bonum.

Nemo hominū felix, miser aut, sine numine diuū:
Non vitium, aut virtus, ni Deus annuerit.
Sors sua cuique mala, ex omni nulli esse beato
Parte licet, Phœbus quotquot ab axe videt.
Dijs gratum liuor commendat & ipse malignus,
Non hominum id studijs at tenuisse queas.
Orabis superos, solis quibus alta potestas:
Eueniunt nobis, quæ placuere Deo.
Febris & senio magis est crudelis egestas,
Frugi homini, vexat quem mala pauperies.
Per mare pauperiem fugias, per saxa, per ignes,
Est semper varijs hæc fugienda modis.
Paupertas animū & linguam ceu cōpede stringit,
Nullaque sunt dicta aut libera facta inopis.
Assiduo & terræ & pelagi fugienda labore est
Paupertas, duro quæ premit arcta iugo.
Leto sœua magis paupertas Cyrne putanda est,
Atque inopi mors est ipsa petenda magis.
Pro fœtura qui in venerem pecuaria mittunt,
Illiis est generis maxima cura boni.
Progeniem maculat vitiosa coniuge ducta
Vir bonus, & sacerum dos bene magna pbat.
Iamque malo nulla est quæ nubere virgo recuset,
Virtute & fiunt vndique pluris opes.
Hic honor est magnis opibus, cōmifscuit omnē id
Progeniem, vitijs inquinat omne genus.
Non mirum infectis spurcari moribus urbem:
Commiscentur enim pessima quæque bonis.

Propter opes, patriæ labes incognita quondam,
 Scilicet imparibus cum coiere iugis.
 Coniugio sibi nam fortis coniungit inertem:
 Sed tales animos fata parare solent.
 Diuitiæ, quas dij iustis tribuere benigni,
 Certa sorte manent, nec metuere rapi:
 Non hominum quas corrasit vesana cupidus,
 Et quas periuro colligit ore malus.
 Quæ subito dederit sors illis, mox eadem aufert:
 Rerum sunt superis quæ placuere vices.
 Sed nos decipimur, commissa piacula quòd non
 Præsens pœna deûm protinus assequitur.
 Fœnus sæpe luit viuus, soluitque superstes:
 Posteritas pœnas sæpe dat ipsa graues.
 Subduxit pœnæ quosdam mors, quum prius illi
 Plectendi à superis, quām morerentur, erant.
 Est miserum, quod sit fugienti nullus amicus,
 Pollicitus comitem sit licet ipse fugax.
 Vina nocent auido quæcunque ingesseris haustu:
 Inque vicem prosunt, si moderata bibas.
 Quo possis sæpe in varios te vertere mores,
 Finge animum, ut socijs te similem exhibeas.
 Callidus & versutus sis animo, ut polypus, qui
 Se quibus adiunxit, saxa colore refert.
 Nunc huc, nunc aliò te apto transferto colore:
 Haud segnes motus mens generosa capit.
 Iratus nolis furibundos perdere ciues,
 In medio semper tramite tutus eas.

At vanos

S E N T E N T.

9

At vanos alijs quicunque adscribere mores

Audet, séque vnum plurima scire putat,
Desipit hic, multóque sui fraudatur amore:

Quippe homini est varijs callida mens genijs.
Simplicior tectas metuit confingere fraudes:

Nil sine fraude placet pluribus atque dolis.

Diuitijs nullo quærendis fine quiescunt

Mortales, sit opum copia magna licet.
Partaque cōduplicant, magnis maiora petuntur:

Demens diūtijs sensus inesse solet.

Sed cupidis nocet hæc dementia: Iuppiter olim

Quæ dedit, eripiens, mox dat habere alijs.

Moenia defendunt vanos bene condita ciues,

Censetur paruo at dignus honore bonus.

Exemit si nos patriæ fortuna periclis,

Vltrices laus est continuisse manus.

Fugimus incolumes ex vrbe breui ruitura,

Non tamen à nobis moenia sacra ruant.

Quod terra pelagique feret te fama superstes,

Has tibi me plumas contribuisse puta.

Quodq; hilaris canit, & nomé conuiua fréquentat,

Victura & quod te gloria Cyrne manet.

Te iuuenes dulci laudabunt carmine, quando

Concinnos dederit tibia grata modos.

Et densis Erebo te circundante tenebris,

Est vbi perpetua nocte sepulta domus,

Cunctis æterno semper celebrabere honore,

Extollent nomen secla futura tuum.

B

Circunquaque feret magna te Græcia laude,
Laudis eritque expers insula nulla tuæ.
Carmina te magnum facient: non fama volucres
Quærit equos, Musæ tollere ad astra queunt.
Musis posteritas solita est meminisse priorum,
Terra & sol pereant, quæm tua facta, prius.
Mens ingrata tamen, nulla est reuerentia dono,
Ceu puerum verbis me capere usque paras.
Iustitia est pulchra, est sanū bona res quoq; corp⁹,
Et cupido tibi quæ fors bona contulerit.
Impigra equa & pugnax cū sim, nil tristius angit,
Vir tergo quæm quod consideret ille malus.
Sæpe illum excusso volui consternere freno,
Abijcere & durum quo premor usque iugum.
Non ego vina bibo, teneræ quæ sæpe puellæ
Exhibit, & multo me tamen inferior.
Hac gelidos potant latices mecum vrbe parêtes,
Quæ secum ad fontem mea mater agit.
Complexu natæ dulci chara oscula libo,
Inde tener patulo venit ab ore sonus.
Pauper erit, quāuis pecul est tamē vndique notus:
Huic fora clauduntur, nec datur ullus honos.
Paupertas vilis, multarumque indiga rerum,
Inuisa est omni, quo venit ipsa, loco.
Cœlestes nobis tribuerunt aspera multa,
In quibus & senio læta iuuenta perit.
Asperior tamen his paupertas est, senioque
Tristior, & morbis, morteque sœua magis.

Natorum te cura agitet, moueátque tuorum,
 Semper inexhaustas congere diuitias.
 Oderúntque perinde in paupertate parentes,
 Atque illum in populo qui rogat erro stipem.
 Quid mirum, violat malus omnia si quis iniquo
 Iure, deam Nemesis non bene respiciens?
 Ignauo facile eripies, quo cunque sequaris,
 Si quo te deceat progrediare modo.
 Hoc pede progressus, iurato haud credito ciui,
 Neu pacto credas semper inesse fidem.
 Atque Iouem quanuis testantia verba loquatur,
 Hisque putet certam se exhibuisse fidem:
 Vrbe quidē hac nihil est, placeat quod ciuib' vllis
 Rectum, quam in columem sāpe fuisse nocet.
 Quæ damnosa bonis, peruersis legibus hæc sunt
 Commoda certa malis, quas posuere sibi.
 Omnis in immenso perijt pudor orbe sepultus,
 Iura tacent, quid non tetra libido mouet?
 Non cruda rabidus semper leo carne potitur,
 Imbelli cessit vis quoque magna dolo.
 Garrulus at nescit seruare silentia rebus,
 Linguaque profundit sāpe tacenda loquax.
 Spōte sua nemo hūc coniuām adiungit, in omni
 Quippe loquax cœtu se ingerit improbius.
 Fidus amicus erit, donec fortuna secunda est:
 Mox fugiet, frater sit licet ille tuus.
 Exhibeas modò te facilem, modò torua tuentem
 Omnis te fortē sentiat esse virum.

Ne mutes vitam rectâ ratione paratam:

Vt melior fias, vita mouenda tua est.

Non nasci prauos primum contingit, at ipse

Conuictus mores inquinat improbior.

Dictâque factâque decipiunt: dū credimus omne

Verum, horum falso quicquid ab ore fluit.

Sis conuiua catus, tanquam videaris vt absens,

Sic præsens tacito condere cuncta sinu.

Extra ædes patiens falsis vexabere dictis:

Cognoris mores ingeniumque hominum.

Inter & insanos simulata insania nobis,

Iustitiæ iustos inter amator ero.

Sæpe bonis aduersa, malis fortuna secunda est,

Virtus non precio est æquiparanda tamen.

Perpetua est virtus possessio, non vt opes, quas

Nunc huic, nunc alij sors leuis eripuit.

Vna eademque pijs animi sententia constat,

Et casus æqua fert quoque mente bonus.

Diuitis hi mores, si quem fortuna beavit,

Insipiens vitam non regere arte volet.

Culpa leuis si forte, bono ignoscenda so dali,

Criminibus sæpe est non adhibenda fides.

Solus eris, crimen si nunquam ignoscis amico,

Te fugient mores qui timuere tuos.

Criminibus, dum vita manet, vitiisque premūtur

Mortales, punit quos tamen ipse deus.

Consilijs celereim tardus persæpe fatigat,

Iustitiæ non sunt hæc aliena deum.

Tu medio, ceu nos, ingressus tramite viuas,

Singula cuique suo dans adiménsque modo.

Tu fugientem aliquem, spe fretus, amare recusa,

Náque domum remeans haud erit ille bonus.

Festinare caue nimium, mediocria tantum

Sunt bona, virtutem est difficile inde sequi.

Vindicta vt valeam nostris succurrere amicis,

Iuppiter, atque hostes da superare meos.

Sic magnus cunctis videar, tanquam deus inter

Mortales, vindex si fuero ante obitum.

Qui sumo resiles, queso hoc inibi cōfer, olympos,

Vt pro damnosis commoda gratam feram.

Si quæ aduersa premat semper, spes nulla supersit

Faustorum, extingui morte bonum magis est.

Nam sic fata ferunt, sed nobis vltio non est

Certa virūm, per vim qui mea diripiunt.

Dū spoliāt, canis instar ego at per flumina trano,

Perniciem euadens: cuncta relicta mihi.

Illorum ô si fortè queam potare cruentum,

Quod facilis dæmon annuat, & faciat.

Paupertas ô dura alios cum forte relinquas,

At me nolentem semper amare cupis.

Nunc alias accede domos, nec semper iniquo,

Ac misero victu mecum habites, rogito.

Aduersis vincare caue: nam, Cyrne, vicissim

Prospera fortunæ fata fuere tuæ.

Rebus ceu cum aduersa superuenere secundis,

Illa precare deos rursus vt effugias.

Non miserum cunctis te ostendas: tristia namque
Non lachrymas alijs fata mouere solent.
Exhaustit vires patientia longa malorum,
Vindicta at rursus pectora læta facit.
Sæpe inimicum etiam blando sermone salutes,
Tempore vindictam sentiat ille suo.
Sensus pectore conde tuos, non aspera verba
Profer: nam præceps mens male sana ruit.
Ciuiibus ignoro quæ sit sententia nostris,
Damnant si facio, seu bene, seu male quid.
Me pariter nequam mordent, frugique, bonique:
Insipiens similis mi nequit esse tamen.
Sub iuga me inuitum stimulans ne quæso fatiges,
Impenséve trahas nos in amicitiam.
Te magne altitonans miror, cunctis quia solus
Imperitas, tua vis gloriaque exuperant.
Quæ mens, qui cunctis animus, tu perspicis, atque
Majestas vincit maxima quæque tua.
Et mirum cunctis tua quod male certa voluntas,
AEquat sorte bonos, assimilatque malis.
Seu prudens fuerit, seu turpia lucra sequatur,
Pro quæstu & falsos necat ubique dolos.
Non equidem diuûm mens est mortalibus ægris
Cognita, quæve illis sit placitura via.
Fortuna est multis nullo quæsita labore, at
Mens nescit partis rebus auara frui.
Iustitiae prolem comitatur mater egestas.
Ansam suppeditat pluribus illa mali,

Impedit hæc animi celeres durissima motus,
Sufferet & nolens quæ decuere minus,
Quæsito dū opus est: postq; aucta pecunia creuit,
Exuperant fraudes, iurgia, lingua procax.
Quæ simul vt nolens discit, putat esse malum nil
Cum lucro, quo mox præcipitante ruit.
Nequā sunt inopes multi: frugi est quoq; pauper,
Qui cum diuitijs incipit esse malus.
Creuerunt vt opes, animo meditatur iniqua,
Nec sapiunt recto pectore semper idem.
Nec ratio aduersis prauo est, rebūsve secundis:
Vir bonus hæc ambo sustinuisse potest.
Perfidiam fuge pestiferam, venerabere amicos:
Offensi nunquam te premat ira dei.
Festinare caue: res est occasio magna,
Seu quæras lucrum, seu bene tu quid agas.
Sollicitus cum quærerit opes, atque incubat illis,
Aspera fortuna has vertit in exitium:
Perniciosa illis facit idem sæpe videri
Vtilia: & quæ sunt optima, sæpe mala.
Culpa tua est: huius nec amicum dixeris esse
Autorem, cum te mens tua compulerit.
Nempe pudore tuis natis vix linquere possis
Quid melius, sanctis est comes ille viris.
Ne videare comes facti quod turpiter audet,
Qui vafer & magnis viribus exuperat.
Nō subigunt animos, aut vincūt pocula, quæ me
Cogant de fama detrahere vsque tua.

AEqualem (verum fatear) mihi quæro sodalem:
 At non est mores cui sine fraude placent.
 Aurum ceu plumbo tentant, sic tentor ab illis:
 Ut præstare alijs, est mihi cura, queam.
 At prudens contènor ego, indè tacere necesse est,
 Exiguas vires me reputante meas.
 Cōcinnis foribus linguam quis quæso coercet?
 Est qui se curis angat inutilibus.
 Tristia sæpe domi prodest inclusa tenere,
 Rectius inque bonis ianua aperta patet.
 Non nasci melius semper mortalibus ægris,
 Et solem quidnam profuit inspicere?
 Protinus aut natū ad manes properare repostos,
 Et tumulo corpus mox sine fine tegi.
 Et nasci facile est, & victum acquirere natis:
 Qui doceat bona, vix vñus & alter erit,
 Morib' ut niteat, quem torquet inertia, pulchrīs.
 Fors Asclepiadi aut si deus ipse daret,
 Improba qui mentis vitia expurgare medendo
 Arte sua posset, quām rogo diues erit?
 Si nasci virtus sine more, vt corpora, posset,
 Patre bono nunquam filius esset iners.
 Qui rectis paret monitis, sapit: improba porrò
 Pectora qui doceat, nil tamen efficiat.
 Quicunque obseruat quid agā, quām desipit ille,
 Nec mentem curat qua colat arte suam.
 Nemo beatus erit semper, patienter acerba
 Frugi homines tacito ac sustinuere sinu.
 Improbis

Improbis aduersis rebus, iuxta que secundis
Turbatur, leuis ac non sibi constat homo.
Qualia dij dederint, sunt æqua mente ferenda,
Munera, quæ varijs distribuere modis.
Si purò cupias nostro de vertice fordes
Eluere, ex illo purior vnda fluet:
Quicquid agam, fuero excocto syncerior auro,
Quod probat exacta cote perita manus.
Nanque sit unullo, nullaque ærugine fœdum
Conspicitur: proprio quippe colore nitet.
Si tibi, quanta fuit dementia, tanta fuisset
Virtus, tamque catus, quam stupidus fueras,
Tantum inter ciues superasses laude perenni,
Quantum nunc precij nullius esse putant.
Fœmina nulla viro iuuenis cano bene concors,
Remigio ratis ut, qui potis illa regi?
Anchora nulla tenet stabilē: sed vincula rumpēs,
Noctu alium portum fœmina stulta petit.
Ne cupias quæ fine carent: horrebis auaras
Diuitias: diues semper habere cupit.
Nec pdest, nec obest, quam dij faciles tribuerunt
Res: ea sed pariet, culta labore, decus.
Virtutes adama, sis seruantissimus æqui,
Ne cupias lucrum turpia facta sequens.
Inuitus non detineatur in ædibus hospes:
Hūc, qui spōte monet, vis quoq; nulla premat.
Qui Baccho plenus declinat lumina somno,
Nempe Simonide huic contribuenda quies.

Aut qui nō dormit, cogens ne præcipe somnum:
Est durum quicquid vis aliena parat.
Confestim infundas bibituro vina falerna:
Suauiter haud quauis viuere nocte potes.
At modus in vino non displicet: optima somni
Tépora, quum satur hinc limina nostra peto.
Nobis vina sitim sunt extinguentia grata:
Nec multum abstineo, nec grauat ebrietas.
Immodico cuicunque mero præcordia feruent,
Haud linguam & mentem continet ille suam.
Turpia quæ loquitur, recidūt sine pondere verba,
Ebrius ac nullo cuncta pudore facit:
Quæ sobrius non diceret, hæc effert bene potus:
Si sapis, à nimio disce cauere mero.
Surge priusquam te vincat temulentia, ventrem
Effrene ut semper corripe mancipium:
Aut quando affueris, cyathum non ebibe frustra,
Sed simules capitи vina subesse tuo.
Mittunt fæpe tibi philotesia, deinde perurgent:
Altera dijs partem, pars tibi certa manet:
Turpe negare putas: at qui inuictissimus ille est,
Effutit qui nil ebrius ore suo.
Vos etiam tractare mero verbosius æquo
Res consueuistis, sed sine lite tamen.
In medium nullo veniunt discrimine verba,
Symposiūque viget gratia magna boni.
Et stupidi & pariter sapientis pectora vinum,
Cum modus abfuerit, non grauia esse sinit.

Argétū atq; aurū igne pbát, quib. arte pbādū est:

Sic mentem ostendunt pocula plena tuam.

Sæpe quidem cautos vini vis multa subegit,

Atque pudorem illis abstulit ebrietas.

At mihi vina caput miserū cum fortè grauarint,

Nulla meæ mentis cura superstes erit.

Tum mecum nutant ædes vertigine mira,

Officium surgens sæpe requiro pedum.

Obseruo, languens pectus ne turpia linguæ

Suppeditet, mihi quod mox graue crimé erit.

Pocula quæ caruere modo, mihi crede, nocebūt,

Vina tamen modicè sumpta iuuare solent.

Per mare tu Cleariste secutus, & æquora sulcans,

Nos inopes ambo iungimur & miseri.

Sub transtris Cleariste tamen dij qualia donant,

Quæque dedit præfens hora, reposa manent.

Non vulgaria sint: clarus si forsan amicus

Te petat, obsequium sentiat ille tuum.

Quæ mihi sunt promam: non anxius illa requirā

Grandia, quæ desunt, hospes amice, bona.

Vt viuam, si fortè roget, dices, bona si tu

Magna putes, miserè: si mala, sat bene habet.

Suppetit, vt nobis vnuis conuiuere amicus

Possit: at hoc plures non aluisse queam.

Non frustra est, quòd te mortalia pectora magnū

Plute putant, leuiter tristia damna feres.

Optandum, fortuna bono ne tristior angat:

Deterior stultis fors magis apta viris.

Heu mihi, quem grauius plectēs odiosa senectus
 Inuasit, necnon grata iuuenta fugit.
 A me nec socius, nec amicus proditus vnquam,
 Seruiti juga sunt aspera visa mihi.
 Pectus demulcet iucundō tibia cantu,
 Atque hilares animos fistula lāta parat.
 Gaudia pertentant animum, cum pocula dulcis
 Fistula condecorat, suaue canente lyra.
 Haud vnquam seruile iugo caput eriget alte,
 Semper iners tantum colla recurua gerit.
 Nō equidē scilla rosa nascitur, aut hyacinthus:
 Nascitur à nullo mancipio ingenuus.
 Nemo pedes vnquam dura sibi cōpede strinxit,
 Me nisi priuarint mente mea superi.
 Heu vereor Polypæda, vrbem ne iniuria perdat,
 Qualis Centauros perdidit improbitas.
 Dicere me decet æqua, & pēdere cūcta ad amissi,
 Cyrne, vel ambobus quo dare iusta queam:
 Et vati, anguriōque, & sacris congrua flammis,
 Opprobrio turpi nil mihi vt veniat.
 Improbis haud viola quēquā: iustōque bonōque
 Si iuuet, haud quicquam gratius esse potest.
 Nuncius elinguis tristissima bella parauit,
 Excelsa veniens nuncius è specula.
 Quin potius frenabis equos velocia cursu
 Corpora:nanque hostes appetere inde vides.
 In medio spacium non excursabitur ingens,
 Dementem nisi me Iuppiter ipse facit.

Casibus afflictos duris confidere fas est:

Vt soluant misera sorte, precare deos.

Versa animo, quod ceu peracuta nouacula præses
Exitium est, varijs cuncta tulere vices.

Haud semper potiere ingentibus æris aceruis,
Nec longe excurrens accumulabis opes.

Sit mihi qua fruar ipse, aliisque impertiar inde,
Copia, sitque aurum quod meus hostis habet.

Naque frequens conuiua forem, iuxta que sedere,
Qui sapiens posset multa docere bona.

Vt capiens animo sapienter dicta, venirem
Hac ceu merce domum protinus inde meam.

Me lusus recreant: olim tellure sub ima
Instar ero saxi, sensu animoque carens.

Cum dulces radios quandoque reliquero Phœbi,
Nil videar; quanuis vita probata fuit.

Res tentare iuuat, decipit opinio multos:
Multi non tentant, quæ statuere bona.

Excole virtutem, fac recte & cuncta decenter:
Mittendus nemo est, nuncia fama volat.

Heu mihi, quem socij produt, qui saluus ab hoste,
Nauita ceu scopulos cum cauet, vsque fui.

Haud paulo citius, bonus est qui, fiet iniquus,
Quam cōtrā: indocilem mitte docere senem.

Vir malus haud placet. abscodēs se fœmina dicit,
Adsum, aus & paruæ mens leuis instar erit.

Est inuisa mihi mulier vaga, inersque maritus,
Alterius fundum quisquis arare cupit.

Sunt quædā progressa parum, quæ fata morantur
 Læua: dein quæ sunt post tua terga, caue.
Quicquid agas, discrimen adest: ne scire putato
 Incipiens, quo sint cuncta futura modo.
In graue discrimen multos spes laudis adegit,
 Quum non consilio gloria parta foret.
Qui prudens bene agat, deus illi sorte benigna
 Nunquam defuerit, nec premet impietas.
A Equo par ferre est animo dij qualia nobis
 Contribuunt: sortis nam gemina vrna deūm.
 Neu mala te vexent nimiū tua, neu bona cū sunt,
 Exulta: finis prospiciendus erit.
Quisquis es, inter nos socij procul esse velimus:
 Cuncta, vno excepto hoc, me satiare solent.
Hac quoque nomen amicitiæ defende, virisque
 Conuersare alijs, quo tua nosse queant.
Orbita nota fuit nostri currus tibi, quam tu
 Obseruans, nostræ fur es amicitiæ.
Dijs inuise peri, pereas ô perfide nequam:
 Nam gelido turget semper ab angue sinus.
Talis Magnetū quondam res perdidit urbem,
 Quale quidem nunc nos vexat in vrbe scelus.
Longè complures luxus, quàm perdit egestas,
 Cum properant iusto plus cumulare modo.
Incipe vana loqui, quàm parua est gratia dictis?
 Mox turpis questus: semper vtrunque nocet.
 Nil rectè fit mendacis, nil fiet honestè,
 Ore viri, primos cum dedit ille sonos.

Nō magn⁹ labor est laudare, aut spernere quēuis:
Nempe hæc sunt vanis non male grata viris.
Irrita verba mali fundunt, nolūntque tacere:
Vir bonus in rebus nouit habere modum.
Haud vllum quēq; qui sit bonus atq; modestus,
Millibus è cunctis Phœbus ab axe videt.
Omnia pro voto nulli cecidere petita:
Quilibet è superis nos superare solet.
Rebus in aduersis semper mea pectora torquet
Pauperies: fugere hanc copia nulla fuit.
Nummatū plebs omnis amat, contemnit egētem
Quisque virum: mēs est omnibus ista procax.
Vita hominum vario maculatur criminē: rursus
Vnica virtutum nec solet esse via.
Ardua res inter sapientem dicere stultos,
Vixque potest fieri, vt cuncta tacendo premat.
Frugales inter fœda est temulentia: nolis
Inter vinosos sobrius esse viros.
Elatis animis iuuenilia pectora turgent,
Hæc leuitas multos traxit in exitium.
Iræ præcipiti mens quæ permisit habenas,
Casibus innumeris obijcit illa caput.
Nō semel hanc quęcūque animo sententia surgit,
Volue tuo: præceps vir nocet ipse sibi.
Cōsiliūmque pudórque bonis sunt insita, quæ vix
Millibus è cunctis vnus & alter habet.
Haud sunt dissimili spes & fortuna paratu:
Has cuncti Stygios ceu metuere deos.

Quos s̄æpe haud speres, euentus esse videbis:

Consilio fors est s̄æpe inimica bono.

Ne cures quenquā, non hostem, nō tibi charum,

Cuius non virtus sit tibi nota satis.

Quos non speraras iungit tibi Bacchus amicos,

Ac virtus socijs, non bona vina carent.

Paucos quos tua sollicitet fortuna parabis,

Quum grauis angit te pectoris anxietas.

Inter mortales perijt toto pudor orbe,

Spurca libido omni nunc viget atque loco.

O mala paupertas, humeros cur deprimis istos?

Corpore perculso mens quoque pressa iacet?

Turpia nolentem vi pergis multa docere,

Qui didici à multis vir probus esse bonis.

Felix esse queam, faciant dij s̄æpe precabor,

Gratior haud virtus vlla futura mihi est.

Cyrne quidē ex æquo propter tua dāna dolemus,

Alterius luctum at quid vetat esse breuem?

Tristibus haud angor nimium, latórve secundis:

AEqua mente bonus cuncta ferenda putat.

Ne fore rem, vel non fore iures (omnia nouit

Nam deus) infensum numen ut effugias.

Consilijs quis credat enim? bona s̄æpe vicissim

Euenere malis, & mala s̄æpe bonis.

Diuitiem & ex Iro subitò euafisse videbis,

Vna opibus poterit nox quoque obesse tuis.

Euentu prudens, quem sperat, s̄æpe carebit,

Gloria sed rudibus maxima s̄æpe viris.

O vtinam

O vtinam mihi sit, quam noui, copia rerum,

Essent tum frugi gaudia magna viris.

Quē noui, is tacitus me præterit: os mihi claudit

Paupertas, cum sim doctior, & melior.

Maliaci ferimur per mille pericula ponti

Ergo rate, & noctu tendere vela iuuat.

Nec plenam curat quisquam exonerare saburrā,

Interim vtrunque latus sœua procella ferit.

Vix nauis supereſt: ſtertunt, qui deposuerunt

Nautam, quo ratis hæc remige ſalua fuit.

Sancta perit probitas: manibus rapiuntur auaris

Diuitiæ, partes quoque tuente ſuas.

Baiulus imperitat, doctis parendum, & honestis.

Deuoret heu metuo Scylla profunda ratem.

Simplicibus probitate viris monita illa parantur:

Nequā hominem ſapiēs perspicit atque notat.

Suppetit indoctis multarum copia rerum,

Solertésque premit inuidia pauperies.

Pauper & incultus diues, virtute carebunt,

Illum pauperies impedit, hunc mala mens.

Nulli cum ſuperis homini contendere fas eſt,

Pro iure hanc litem nemo probare volet.

Non aluiſſe decet, quod ſit pauiſſe nefandum:

Nec facias, melius linquere quod fuerat.

Sit faustum pelago quod iter perfeceris oro,

Neptunūſque tuis te ferat in columem.

Luxurians perdit vecordes copia multos:

Haud facile eſt lætis rebus habere modum.

Congere diuitias non fraudibus vsus amice:
 Consilio prudens effuge stultitiam.
 Nulla horum memorem verborū obliuio capter,
 Olim quæ laudans dixeris vtilia.
 Iuppiter hāc equidem superat sublimior urbem,
 Nempe sua dextra seruat is incolumem,
 Cum superis, cœlum quos continet: inspirētque
 Et linguam & mentem Phœbus Apollo bonā.
 Personet & cithara sacrati carminis auctor,
 Aris dum superūm libaadolenda damus.
 Atque dein lāti grato sermone bibamus,
 Medorum à nobis nam timor omnis abest.
 Et placeat iam nunc animo meliore recepto,
 Pectore sollicitos deposuisse metus.
 Mox procul & tristes potando auertere curas,
 Et senium, & mortis fata propinqua citæ.
 Vates Musarum studijs qui pollet, & arte,
 Inuidet hic nulli, quæ didicítque, docet.
 Quærere sed decet hūc, quæsita docere petentes:
 Si solus teneas quid rogo multa iuuat?
 Phœbe urbem Alcathoo struxisti mœnibus altis,
 Filius hic Pelopis tam tibi gratus erat.
 Agmina Medorum profligans inde repellas
 Vrbe hac, qua grates plebs tibi semper habet:
 Vere nouo vt sacras mittat memores hecatōbas,
 Barbitus ac lātas ornet vbique dapes.
 Atq; chorus dulces celebret clamorib' hymnos,
 Circum aras, sed me Græcia terret iners:

Et ne seditio turbet, sanctissime Apollo,

Tu clemens nostris ciuibus esse velis.

Nec lōgum, Siculas cum veni promptus ad oras,

Eubœámque, solum fertile vitis amans:

Spartámq; Eurotæ deuinctū ubi arūdine flumen,

Cum veni, blandis vocibus accipiunt.

Cumque hēc lustrarē, nulla inde secuta voluptas,

Nil visum patrio dulcius esse solo.

Nulla velim noua cura animo succurrere possit,

Adsit virtutis nempe perennis amor:

Delecter dulci cithara, cantūque decoro,

Lætus agam frugi non tamen absque viris.

Haud noccā hospitib⁹: premat haud iuria quēq;

In populo placeant omnia iusta mihi.

Mens sit læta tua, & varios age despice ciues:

Nanque bene hic de te sentiet, ille male.

Carpit quis iustos, alius qui laudat eosdem,

Improbis haud sese perspicit ullus homo.

Nemo adeò in terris non spretus viuere possit:

Vulgus, quæ nobis sunt meliora, latet.

Nemo etiā vixit, nec victurum puto quenquam,

Ante obitum cunctis qui placuisse queat:

Nec diuūm pater atque hominū mortalib⁹ usque,

Iuppiter haud cunctis perplacuisse potest.

Scilicet hūc qui sacra facit, decet esse ad amusim:

Sit perpendiculo rectior ille probo,

Cui velit ex Pythone suam præclarus Apollo

Vocem adyto dignam mittere sponte viro.

Seu cumules quid, seu minuas cum fraude, deorū
 Pœnam non fugies, sis licet usque catus.
 Perpetior casum quo non est durior alter,
 Si mortem excipias, qua grauius nihil est.
 Hostis nunc adeundus : amicus prodidit, ille ut
 Quo studio experiens sit bene nosse queam.
 Bos pedib' lingua grauiter mihi suppressit ingēs,
 Cum possim ridens multa notare ioco.
 At vitare licet nulli quod ferre necessum est,
 Nec quæ fata pati me voluere dolent.
 Haud tamē euasu facile est (quò venimus) illud
 Discrimen, funisque optet uterque magis.
 Nunc ætate graues spernuntur ubique parentes,
 Et locus his meriti nullus honoris adest.
 Auxeris haud quenquā lucro, sed sperne tyrannū,
 Iuratus nec tu struxeris insidias:
 Accidit ut mihi, cum canere hæc tibicina vellem?
 Conspicua est tellus, qua patet illa, foro:
 Quæ festina implet conuiuia frugibus, ornat
 Purpureis flauas floribus atque comas.
 Nūc Scytha pecte tuos horrēti in fronte capillos,
 Et sola desine odora esse pereimpta queri.
 Perfidia est seruata, fide quoque perdita res est:
 Contingunt prauis moribus ista hominum.
 Esca sumus coruis multi, subitōque perimus,
 Causa mali dijs non attribuenda bonis.
 Vis iniusta virūm, lucri vœsana cupido
 In mala præcipitans, priuat ubique bonis.

Sunt duo quæ cruciant mortales pocula propter,
Languida nempe sitis, pessimaque ebrietas.
In medio via tuta patet: tu ne mihi suade
Aspera me sitis ut vel premat ebrietas.
Vina mihi prosunt, eadem obsunt saepe vicissim,
Quum me contra hostes arma mouere iubet.
Si quæ sunt suprà positæ, mutantur ad ima
Res oculis, ædes post cyathos petimus.
Fortunam alterius quis nos euertere posset?
Ereptas nullus reddit amicus opes.
Sub pedibus populū noua qui meditatur habeto.
Nec stimuli desint, nec iuga dura tibi.
Nulla etenī dominos magis amplexata superbos
Plebs, homines quotquot Phœb' ī orbe videt.
Iratus vafrum disperdat rector Olympi,
Qui blando socios decipit ore suos.
Suauius at vixi, quondam meliora fuerunt:
Gratia sed miseros haud fouet vlla viros.
Nequitiā propter, perit hæc Respublica, regum:
Prona amat hæc littus, ceu male sarta ratis.
Afflictum si fortè aliquis conspexit amicum,
Ne videat, vultus occulit ille suos.
Fortunæ aspirat si iterum clementior aura,
Oscula delibans quisque valere iubet.
Nil mihi concedunt falsis deserto ab amicis:
Cum veniunt homines, sponte mea fugio.
Egredior cum vesper adest, aurora reducit,
Cum matutinum percite galle canis.

Sæpe quidem indignos opibus deus extulit altè,
 Non ipsum aut alios sors tamen illa iuuat:
 Sed virtutis honos superabit laude perenni:
 Strenuus at patriam miles & arua tegunt.
 In caput hoc grandi decumbat pondere cœlum,
 Olim terrigenæ quod metuere homines,
 Illis ni prosim quos nunc complector amicos,
 Hostibus & fuero cura dolórque meis.
 Munera nō tua laude carent, nō crimine Bacche:
 Non odiſſe queo, sed nec amare nimis.
 Improbus & bonus es, quis te reprehēdere posset?
 Quisve potest sapiens facta probare tua?
 Vertice Taygeti expressa hæc sume racemis
 Pocula: nam rupes has colit ille senex,
 Rupis recessu vmbrosæ Theotimus opaco
 Diuinus gelidam vertice duxit aquam.
 Protinus hoc omnes curas demerseris hausto,
 Quo vigor in membris maior adesse solet.
 Vrbem pax habet, atque opulētia:nūc procul esto
 Bellum, dum tracto pocula cum socijs.
 Nec me sollicitent præconia missa per aures:
 Non sunt pro patrio bella gerenda solo.
 Turpe mihi præfenti, & equorum frena tenenti,
 Martis si dubitem castra cruenta sequi.
 Heu mihi sum quòd iners, periit Cerith⁹, & hostis
 Lelantum cœpit perdere vitiferam.
 Prodita nempe malis patria est, bonus exulat: ô si
 Nunc Cypsellizon concidat omne genus.

Quām

Quàm sapere, haud cuiq̄ melius cōtingere possit,
Stultitia nil est deteriore nota.

Cyrne quid iratum iuuat excandescere multis?
Mores atque animos vtile nosse magis.

Pectore cōdita mēslatet, inde opera omnia manāt
Iusta, iniusta hominum, fors premat asperior.

Mox fortuna operū laudes cum crimine miscet,
Ex omni sapiens parte nec vllus erit.

Hic sumptus vitat congestis vndique nummis:
Virtutem hanc summam, qui sapit, esse putat.

Si cernens animo breuis æui tempora posset

Metiri, & quando mors subeunda sibi,
Quæsitis rectè victurus tempore longo

Parceret, atque tenax plurima congereret.

Nulla est quàm leti nobis incertior hora,

Quod trahit in curas pectora nostra graues.

Ancipiti in triuio uia duplex, altera quarum,

Non mihi displicuit, non minus illa placet.

Hæreo num tenui victu multoque labore,

Profuso an sumptu vita terenda iocis.

Vidi ego qui genium census fraudaret amore,

Detraheret ventri multa alimenta suo:

Non tamen elatus plaudendo funere, secum

Defunctus proprias ille recepit opes.

Est sibi qui intempestiuo quæsita labore

Inuidet, atque aliis: estque, per ingluuiem

Omnia qui perdat, præsentia gaudia captans,

Postmodò mendicos arripit ore cibos.

Omnibus hoc præstat Democles, consulo pro re
 Próque suis opibus viuere quisque velit.
 Non operam perdas ingratis multa relinquens,
 Te nec egestas sub iuga dura premat.
 Gratáque non miseræ deerit fortuna senectæ,
 Qua non apta magis res fuit vlla seni.
 Non deerunt socij rebus, mihi crede, secundis:
 Aduersis, nullus te putat esse bonum.
 Vtere quæsitis parcè: non flebit amicum
 Hæres, cum vacuas viderit esse domos.
 Exornat paucos formosa corpore virtus,
 Est felix quicunque vtraque nactus erit.
 Obseruant illum pariter iuuenésque senésque,
 Assurgunt illi, suspiciúntque patres.
 Haud imitans possum Philomelam voce referre,
 Lusimus hesterna sed puto nocte satis.
 Tibia nō curæ est, queror hoc quòd deseruit me,
 Nulli qui sapiens arte secundus erat.
 Tibicen læua astet, nam modò carmina dicam
 Aptamodis, superos supplice voce rogans.
 Certa sequenda via est, hac illac ne leuis errem,
 Quæ deceant animo cuncta notanda meo.
 Laudabo at patriam præclari nominis vrbem,
 Nec populus curæ est, vir malus atque mihi.
 Ut leo cum pedibus fœtum discerpsit aduncis.
 Ceruæ, non mea sic pressa cruore sitis.
 Mœnia conscendi, nocuit victoria nullis:
 Aptauicurrus, non tamen vñus eram:

Nec faciens feci, nec perficiens perfeci:

Sed nec agens egi, cœptaque non perago.

Ingratis bene si facias, tua munera perdes,

Iacturam & sequitur gratia nulla tuam.

De te si merui bene, quare spernor ego abs te?

Ad me, si qua tibi res opus vlla, venis.

Dulcior vnda mihi nigro de fonte petita,

Istius & gelidis ora rigantur aquis.

Limosos latices alio de fonte recepit,

Nunc alio nobis amne petantur aquæ.

Quenquā sit laudare pudor, quem nosse negaris,

Affetu, ingenio, moribus atque quibus.

Infestas cœco fraudes in pectore celant.

Multi, quos mutat quælibet hora leues.

Horum longinquo panduntur tempore mores,

Consilium cogor vertere sæpe meum.

Laudauit absentem te, nō tamen vndique notum:

Sed cessi, vt procul hinc littore pulla ratis.

Quæ virtus, cyathis tibi si victoria constet?

Plura bono exhaurit pocula sæpe malus.

Nō hominū quisquā, quæ mortis fata manebunt,

Inque Erebum scandit, Persephonésq; domos,

Quæ post delebet lyra morte, aut fistula mulcēs,

Et qui tum latus dulcia vina bibat.

Isthæc semper erunt cernenti gaudia, gestat

Dum caput hoc ceruix, cetera membra pedes.

Inter pocula non tantum, sed re quoque amicus

Tu mihi sis, opibus fer quoque suppetias.

Non me pollicitis tantum soletur amicus:
 Nempe fidem factis, non probet ore, suam.
 Eripiant curas animo conuiuia, latus
 Tractabo dulces iam sine felle iocos.
 Ut verbum leue, sic iuuenum citò labitur ætas,
 Acris equi cursum præuolat hæc celerem.
 In pugnas iuuenes, equus in fera prælia portat,
 Subsultans campis vndique fertilibus.
 Vina bibūt alij, bibe tu quoque : fortè quid angit,
 Sollicitum nemo sentiat esse tamen.
 Tristia sæpe feres animo, iucunda vicissim
 Succedunt, varia sorte manente homines.
 Musarum in medio si palmā Academe relinquas,
 Sertaque formosus præbeat inde puer:
 Si tecum certes, ego sim sapientior, an tu,
 Quid distent mulis, experiere, asini.
 Postquam veloces summo tenet æthere currus
 Sol, medium radijs indicat esse diem.
 Si visum est, mensa iam decedamus opima,
 Suaibus expleto ventriculo dapibus.
 Egressisq; foras manibus perfundere lympham,
 En roseis digitis pulchra Lacæna parat.
 Præmia virtutes nunquam interitura sequuntur,
 Prudentes decorant præmia tanta viros.
 Haud res vtilior populo, nec ciuibus vlla,
 Quàm qui non prima starè timent acie.
 En fidus monitor mortales discite, donec
 Dulcia sensus amat, grata iuuenta viret:

Diuitijs fruere ipse tuis, iuuene scere rursus,
 Fata vetant: nemo est quem voluere dei
 Deuinctum morti subducere. nempe senectus
 Rugosa est, canum mox subitura caput.
 Est minus ille miser, ter felix atque beatus,
 Qui sine Marte fero mortis adiuit iter.
 Parce minis hostes terrere, armisque, priusquam
 Experiare fidem certus amicitia.
 Sæpius horrenti gelidus per membra cucurrit
 Sudor, & obstupui ut visa iuuenta mihi,
 Pars æui melior, multis quoque dignior annis,
 Effugisse citò, ut somnia nocte abeunt.
 Aetas digna coli: sequitur quam curua senectus,
 Cum tremulum supra repserit illa caput.
 Ceruicem indomitam non hosti sub iuga mitto,
 Liber ero, hic Tmolo sint grauiora licet.
 Sed vano pauidi luētu sua damna queruntur,
 Prudens consilijs sustinet illa suis.
 Qua miser esse queat fors est satis obuia cuique,
 Sed bona nancisci, Cyrne quid asperius?
 Confide ô bona mens, vix casu afflcta ferendo,
 Instabiles motus pectus inertis habet.
 Infectis rebus curas non anxius adde,
 Nedoleas nimium, nec grauis esto tuis.
 Ne exhilares hostem, diuūm fatalia dona
 Nemo fugit, lethi cui subeunda via est:
 Seu quis cœrulei penetrarit ad intima ponti,
 Siue est tartareis conditus in tenebris.
 Decipere est infame bonos, aut fallere, Cyrne:

Haud nescis quondam sic placuisse mihi.
 Olim suavis erat, melior nunc vita parata est:
 Gratia sed miseris nulla parata viris.
 Stulti mortales, vinum, cum Sirius ardet,
 Qui fugiunt, astrum dum furit igne suo.
 Ad cyathos dum flet tibicen, vina bibamus,
 Istius atque dolor gaudia iam cumulet.
 Stertamus, vigili quoniam custode tenetur
 Vrbs, quanq̄ heu misera est patria, chara tamē.
 Dispeream, grauibus ni verbis spretus abibit,
 Contēctus quisquis stertit inerte thoro.
 Cætera dij curent olim ventura: bibamus,
 Tractemus faciles cum grauitate iocos.
 Hæc tibi ceu genitor puero præcepta fidelis
 Dicam, quæ memori mente tenenda puto.
 Cōsule, ne præceps rapere in mala facta, sed antē
 Quām facias, animo singula volue tuo.
 Dissidet à ratione vide cum dira libido,
 Consilio ad mentem te reuocante graui.
 Hæc nunc missa tamen facio, milii fistula dulcis
 Personet, & nobis carmina grata canat.
 Munera quæ nobis tribuerunt multa Camœnæ,
 Grata mihi atque tibi ac finitimus socijs,
 Quos & Apollo colit: sed sensus cernere nemo
 Occultos, sapiens sis licet vsque, potest.
 Tecta latet quorūdā opib. mēs improba magnis,
 Virtutem obscurat sordida pauperies:
 Cūmque sua iuuenis lätatur compare amoris,
 Dum genio indulgens commoda grata capit.

Est tibicine nil melius, ludóque procaci:
Suauius his nihil est, dum licet vsque frui.
Fœmina, vir, læti his, quid diuitiæque, pudórque?
Omnia cum vincat prouida lætitia.
Stulti mortales, qui deflent funera, sed non
AEtatis florem præteriisse suæ.
Post tua fata alij: præsentia gaudia carpe.
Nunc anime ô, cum sim gleba futurus iners.
Sint varij mores in amicos, postulat vt res,
Pro voto quiuis te putet esse suum.
Iam concede parum, semper ne sis-tamen idem:
Robur sæpe ingens vincitur ingenio.
Exitus haud constat rerum: deus inde latet nos,
Quo sit facturus illa, vel illa modo.
Obiecta est cunctis nox cœca & densa futuris:
Non est qua possis effugere vlla via.
Si bonus atq; hostis fuerit, reprehēdere turpe est:
Nequam laudandus nullus amicus erit.
Sic tibi, qui momenta obseruas singula rerum,
Est sua amicitiæ contribuenda fides.
Esto grauis populo: nam pressus pondere, nescit,
Ingratus studijs obstrepere vsque tuis.
Pollux & Castor, gemini Lacedæmone fratres,
Eurotæ ripas qui colitis virides.
Damnosum mihi sit, si fraus mea lædat amicum,
Muletetur duplici, si nocet ipse, malo.
Afficiar vario aduersus te pectore, quum nec
Valde odiſſe queam, sed nec amare nimis.
Difficile est vtrūque, odiſſe & spernere amicum:

Cúmque inuitò aliquam iungere amicitiam.
 Nūc aliū tibi quære, nec est, mihi crede, opus illo,
 151 Olim abs te cuius gratia facta mihi est.
 Sublimis feror in cœlum velocibus alis,
 Pestiferum vt fugiam: sponte relicta palus,
 Funibus abruptis. nostro priuatus amore,
 Posterius multum nos sapuisse feres.
 De me consuluit, tibi qui temerarius ausu,
 Vt nostram spernas iussit amicitiam.
 Nequitia euertit Magnetas cum Colophone,
 Smyrnam etiam, quæ vos mox dabit exitio.
 At plumbo experiens vt si quis confricet aurum,
 Non lateat virtus sic tua pressa malis.
 Heu misero, lætus quia damna hostis mea ridet,
 Difficilis quiuis es mihi amicus, ait.
 Quis ferat hoc, quísnā? cēsetur quod bonus olim
 Qui fuit, esse malus: qui malus, esse bonus?
 Sūt sine honore boni, nō sūt sine honore maligni,
 Iniusti cupiat iustus vt esse gener.
 Decipiunt, & ridentur, ridéntque vicissim,
 Immemores horum quæ bona vel mala sunt.
 Obiecta est mihi paupertas à diuite, cum sint
 Quædam, quæ desunt, hæc superos rogito.
 Plute places cunctis, pulcherrime Plute deorum,
 Esse bonum facies, sim malus vsque licet.
 Phœbus amat, sed aret faciem ne ruga senilis,
 Me quoniam curas cum patre Phœbe tuo.
 Vtque omni vacuus degam discrimine vitæ,
 Et pulchra forma diuitiisque fruar.

Tanta ego sustinui, quanta est perpeſſus Vlyſſes,

Ex Orco ad ſuperos quem rediſſe ferunt.

Inde procos ferro interimens ylcifceris omnes,

Prudentis coniunx optime Penelopes.

Ipsa domi expectans cum nato ſedula mansit,

E Ditis regno cum redit ille domum.

Diluo vina bibens mordaces pectore curas,

Hostis nec curo quām maledicat iners.

Defleo quod fugiens pulchræ decus inde iuuentæ

Tristi conficiar, tradidit, ut ſenio.

Cyrne maliciuſam nunc præcidamus amicis,

Ne medicina malis defit in ulceribus.

Spes bona ſola homines præfēs dea ſeruat, alīq;:

Nanq; deos reliquos magnus Olympus habet.

Gratia tellurem, & folers prudentia liquit,

Atque inter cunctas maxima diua fides.

Perfidiaque leues iurandi vincula iuris

Rumpunt, nec curat perfida turba deos.

Et genus & virtus hominum periere priorum:

Non fas, non pietas vlla magis ſupererit.

Spes maneat, dum vita manet, cultūſque deorum:

Dum aspicis hunc ſolem, non tibi dispiceat.

Hos rogita ſupplex: cædatur viſtima ad aras,

Prima Spei, & fiant vltima ſacra, deæ.

Decipiare caue aſtuto ſermone malorum:

Contemptu hæc faciunt numinis atque dei.

Incubat ille opibus multorum pectore toto,

Auferat ut turpes nectit vbiq; dolos.

Nempe nouos ne ascisce, vetus pellatur amicus,
 Suaserit hoc tibi si garrula lingua hominum.
 O vtinam diues sine curis viuere possem,
 Nec sit quod vitam sollicitare queat.
 Non amo diuitias, mediocri experte malorum
 Viuere contingat si mihi forte mea.
 Effugit ex animo nunquam sapientia, Cyrne:
 Expleri hac sapiens, nec satur esse potest.
 Nec præstantior est, natis quem linquere possis
 Thesaurum, expendes si petat inde bono.
 Felix nemo, vel est ex omni parte beatus:
 Casus dissimulat qui, sapit ille, suos.
 Aduersis vti nescit, rebusque secundis
 Stultus, commiscens non bene dona deum.
 Instabilis fortuna hominum: sed qualia dij dant
 Munera, sunt æquis accipienda animis.
 Pectoris in medio lingua est, aures, oculi, mens,
 Eius qui sapit, & singula nosse potest.
 Amplexare bonos, hominem aspernabere nequam,
 Hoc sine iter melius ad tua lucra paras.
 Sunt hominū certe bona facta & dicta bonorum,
 Stulta leues rapiunt vanaque dicta noti.
 Certa sodalis pernicies est improbus: at cum
 Veneris ad diuos, rectius illa scies.
 A dijs est, rata si qua animo sententia surgit,
 Consilijs fiunt irrita multa hominum.
 Felix, consilijs plenum qui pectus habet: non
 Qui iniustus nocet, aut improbus & satur est.

Affixit saturos multarum copia rerum,
Luxus & est omnis fonsque caputque mali.
Ne famam factu aut per pessu turpia lèdant,
Cyrne, placet virtus si tibi magna satis.
Ac reuerere deos, metuens timor ille coercet,
Impia ne facere aut dicere multa velis.
Immiti simul accumbes si forte tyranno,
Non est, crede mihi, culpa timenda tibi.
Mēs & lingua pba haud multis mortalib⁹ insunt,
Sunt promenda illo singula dicta penu.
Donis nemo fugit letum, non fortis iniquæ
Expers ante aliquis quām moriatur erit.
Muneribus nullis redimes, te quo minus angant,
A Ioue si veniant tristia damna tibi.
Post obitum nolim folio decumbere regis,
Sed non casso anima mollia strata placent.
Functo tapetes nihil inter, & aspalathos, est,
Molli seu duro condideris feretro.
Non fallunt iuranda deos, sed debita nulli
Abiures: vindex nam deus illa videt.
Exaudita mihi tempus quæ monstrat arandi.
Vox ausi est, liquido quam dedit illa sono.
Perculus toto mœrebam pectore, quòd non
Lætus ager nobis esset, vt est alijs:
Nec muli, quos nūc curuo iungamus aratro:
Coniugis instar erat quòd mihi grata ratis.
Prosequar exequias non mœsta voce tyranni,
Nomen flens referam haud illius ore meo.

Nam neque me defuncto angetur & ille dolore,
 Nec lachrymans nostro funere tristis erit.
 Non veto, non iubeo, iuuenilia gaudia carpas,
 Rectius immritis nanque es amicus abes.
 AEthō sum genere, vrbs sunt altæ mœnia Thebe,
 Expulsus patrijs sedibus hinc fugio.
 Callida me rides: in somnum verte parentes
 Argyri, non deerunt vincula mancipij.
 Sunt mulier nobis incommoda plurima, sed non
 Exilijs status hic seruitium esse solet.
 Nō quisquam me vēdit, & est pulcherrima nobis
 Vrbs, quæ Lethæa condita planitie est.
 Risū sed iuxta flentes ne commoueamur:
 Lætemūrque aliās, sors bona si fuerit.
 Fallere difficile est hostem: sed fallere amicum
 Gyrne potest qui uis, si tegat arte dolos.

Ira nocet, nihil est furiosa iniustius ira,
 Péctoris indomiti quam leuis ardor agit.
 Ast vxore bona nihil est iucundius: huius
 Sum tibi testis ego, tu mihi testis eris.

PHOCYLIDIS POEMA AD-
monitorium Vito Amerbachio interprete.

FVRTIUAM vita Venerem, tædásque procaces,
Mitte dolos, seruáq; manus à sanguine puras.
Ne malè ditescas, de iuste viue paratis.
Sis contentus eo quod adest, aliena nec aufer.
Et verum loquitor, nunquam mendacia dicas.
Principio venerare Deum, cole deinde parentes.
Fac iuste cunctis, ne te fauor abstrahat vllus.
Ne spernas inopem, aut personæ deditus esto.
Iudicio si quem falles, Deus ipse rependet.
Sis testis verax, & ne non iusta loquaris.
Sis castus, rebúsque fidem seruato gerendis.
Vtere mensuris, ornat modus omnia, iustis.
Libram ne pulses, æqualem sed trahe semper.
Ne iusurandum viola nolénsve, volénsve.
Nam Deus æternus periurum quemlibet odit.
Ne fata fureris, res execrabilis hæc est.
Mercedē soluas, inopem ne supprime quæquam.
Linguam contineas: arcanum in pectore cela,
Nil fac iniuste, nec non facientibus obsta.
Des inopi cito, nec redeat cras ille iubeto.
Plena dona manu præbens miseretor egeni.
Errantem excipias, cæco dux esto viarum.
Nauifragūm miserere, via est incerta per vndas.
Incautum serua, lapsuro porrige dextram.
Communes casus, rota vita est, diuitiæque.

A

Sitibi opes fuerint, his auxilieris egeno.
Pauperibus des inde, Deus tibi quæ dedit olim.
Publica sint vitæ iura, & concordia cuncta.
Ne cædis gladium, sed caussa sume salutis:
Hoc non indigeas, vtinam per fâsve, nefâsve.
Nâque manum maculas, inimici sanguine fusco.
Vicinos âgros mittas, ne limina transi.
Optima res modus est, rerû trâsgressio praua.
Nullius fructum crescentem læseris arui.
Sint in honore pares peregrini ciuibus ipsis.
Nam vaga paupertas omnes cum tempore tetat,
In terrâque manent homines nô semper eadem.
Mater auaritia est cûctorum & caussa malorum.
Decipit argentum mortales semper, & aurum:
Aurum pernicies rerum, mala cuncta gubernâs
O vtinam nulli studio mortalibus esses.
Nam pugnæ, & cædes propter te, sùntq; rapinæ,
Fratribus inuisi fratres, natísque parentes.
Pectore ne claudas aliudque, aliudque loquaris,
Néve, vt per petras polypus, muteris vbiique.
Iniuste quicunque volens facit, is malus est vir:
Qui nolens, aliter. Cuiusque expendito sensum.
Nec vires, nec opes, nec te sapientia tollat.
Vnus enim sapiës Deus est, diuësque potënsque.
Ne cruciare malis animum, quæ præterierunt.
Nam factum nequit infectum nûc amplius esse.
Nulli vim facias, iram compesce ferocem.
Nam cædem nolens post crebros feceris ictus.

Communes sint affectus, prægrandia vita.

Quod superat mediocre, bonum nō vtile nobis.

At turpes creber perducit luxus amores.

Fastus opes sequitur, sequitur petulatia magnas.

Pestiferum vehemēs animus facit ipse furem.

Ira cupit tantum, metam vehementia transit.

Est mala prauorum, est imitatio recta bonorum.

In prauis nocet, in rectis audacia prodest.

Virtutis grauis est amor, & mala Cypridos auget.

Est inter ciues prudens vir magna voluptas.

In potūque, cibōque modū, seruāque loquendo.

Optimus in rebus modus est, trāsgressio praua.

Et Momus caueas sociorum, atque inuidus esse.

Inuidia careant quōd cœli numina, florent,

Non Phœbo melius lumen soror inuidet ipsi,

Corporibus non terra locum cœlestibus altum.

Non amnes pelagis, sed agunt cōcordia semper.

Non staret cœlum, scirent si iurgia Diui.

Turpia ne facias, exerce facta modesti.

Néve imitere malum, sed iure iniusta repellas.

Nam bene suada iuuat, litem lis altera gignit.

Credere non debes, quām finem videris, ante.

Qui faciunt, illos pulchrū est superare, benignè.

Pulchrius in tenui mensa cito pascitur hospes,

Quām lauta, sed suspecta, nimiūmque morante.

Erga inopem nunquam fias in fœnore acerbus,

E nido volucres ne quis detraxerit omnes,

Pro pullis iterum matrem sed linque fruendis.

Iudicia indoctis nunquam permettere debes.
Ars docto regitur, regitur sapientia docto.
Ne rudit accedas doctrinæ limina magnæ,
Talem non capiunt alijs non ante parati.
Assentatores cultores defuge mensæ.
Multi sunt etenim socij potusque, cibique,
Tempus & obseruant, dum sit quo vêter alatur.
Pauca ferunt ægræ, multis nequeunt saturari.
Ne credas vulgo, varium, & mutabile vulgus.
Non vulgus, non vnda etiam cohibetur, & ignis.
Iuxta ignem frustra cor ne cruciere sedendo:
Próq; modo fac sacra deis. modus optima res est.
Impartitor humum nondum post fata sepulti.
Ne iustorum aperi tumulos, Solique tegenda
Ne monstres, & commoueas tibi numinis iram.
Harmoniam nō est hominis dissoluere pulchrū,
Et cito speramus de terra in lumen ituros.
Relliquæ vita functorum numina fiunt,
Nam remanent animæ post morte labे carētes.
Spiritus est & imago Dei, & mortalibus usus.
Sumpsimus è terra corpus, puluisque soluti
Cūcta sumus, cœlo est sed spiritus inde receptus.
Ne parcas opibus, mortalem te esse memento:
Diuitias nemo secum portabit ad Orcum.
Mors æquat cūctos, animas Deus ipse gubernat.
Communis patria est æterni regia Ditis,
Huc reges veniunt omnes, huc vulgus egenum.
Nostra breuis vita est, & certam durat in horam.

SEN TENT.

5

Mors animam tollit nunquam, lœdítve senecta.
Ne dolor in duris, in lœtis gaudia turbent.
Sæpe etiam in vita firmis non fidere fas est.
Temporibus serui, ne flatumque obijce ventis.
Emergitque malum subito, cessatque solutum.
Ne reddas tragicō mētem sermone furentem.
Quæ cunctis multum, lenis sit dictio, prodest.
Arma viro sermo est plus, q̄ penetratia, ferrum.
Arma dedit sua cuīque Deus: pernicibus alis
Per cœlum tranant volucres, roburque leones,
Cornua Taurus habet, natuum spicula gestant
Robur apes, homini sunt propugnacula sermo:
Quem diuina parit, sermo, sapientia, regnat.
Natura sapiens robusto iudice præstat.
Agros ac vrbes regit, & sapientia nauem.
Non debet tutus clām vir malefactor haberi,
Sed male quisquis agit, pcul amoueatur oportet.
Sæpe boni prauis misti moriuntur, vt illi.
Depositum, quod subtractū est, ne suscipe furto.
Accipiens furti & faciens dānandus vterque est.
Cuique suum tribuas: excellit in omnibus æquū.
Cuncta time incipiens, metam ne trāsgrediaris.
Ne tractes hominis victum iumenta furenter.
Iumentum prolapsum inimici forte leuato.
Ne fugias hominem errantem terrāve, marive.
Nancisci longè, quām inimicum, præstat amicū.
Incipiens abscindē malum, medicator & vlcus.
Ne quem carne cibes putrida: velocibus illam.

6 PHOCYL.

Sed linquas canibus, fera vescatúrque ferina.
Nulla venena pares, magicos & defuge libros.
Infantem ne tangē manum violentius æquo.
Et rixas belli fugitato, dissidiūmque.
Ne benefac prauo: sic dantur semina ponto.
De proprio vt viuas, duros tractato labores.
Nanque piger manibus vitam sustentat inquis.
De cœna alterius mensæ ne comedē sordes:
Sed te pasce tuis, ignominiāque carebis.
Artem qui didicit non vllam, fodiat ille.
Quod facias, non defit opus sudare volenti.
Si tractare voles remos, est æquor apertum,
Si terræ cultura placet, sunt grandia rura.
Nil geritur bene, si desit sudórque, labórque,
Non ipsisque deis: virtus sudore iuuatur.
Desertis antris victus telluris egentes
Formicæ vadunt, redeuntque per inuia, quando
Desectæ campis complent nunc horrea fruges:
Hordea conuestant, tritici vel grana labore
Assiduo, sequitúrque ferens sua dona ferentem,
Inque hyemē victum propriū de messe reponūt,
Impigrum, paruūmq; genus, multique laboris.
Tractat apis studiosa suum, prudēnsq; labore,
Siue cauæ petræ per specum, in arundinibúsve,
Aut in ventre caui iucundo roboris antro,
Floribus efficiens benevolentia cerea tecta.
Ne maneas cœlebs, pereas ne inglorius olim.
Te quoque, vt es genitus, naturā gigne secutus.

Vxorem ne prostituas, ne pollue prolem.
Nam similes lectus pueros non gignit adulter.
Ne viola sobolem natam de matre nouerca.
Ut matrem cole, quæ graditur vestigia matris.
Et vetitum caueas intrare cubile sororis,
Et cum pellicibus patris concumbere noli.
Nec mulier fœtum tenerum corrumpat in aluo,
Nec partum canibus det, vulturibusve vorandū.
Vxorique manus grauidæ non afferat vllus.
Nec mārem castres natum generare valentem.
Et ne deformes vxorem factus adulter.
Legitimam retine venerem, vetitamque caueto,
Et ne in fœmineum soluaris totus amorem.
Nāq; amor haud deus est, sed cæcæ agitatio mē-
Vxorū fraternarum ne scande cubile. (tis.
Turpiter vxores fratrum ne tange tuorum.
Diligo vxorē. quid enī mage dulce bonūmq;
Quām si fœmina amās in tempore sera maritū,
Atque vir vxorem, concordia fœdera seruent.
Qui non est coniunx, nullam vi tangere debet.
Fœmina praua tuas tibi nec ducatur in ædes.
Vxori nec te faciat dotatio seruum.
Pérque domū nec equos quæras, taurósq; supbos
Et propter natos, & nobilitate feroce.
Iungere non autem nobis conamur honestam,
Nec mulier prauum, si diues, respuit, ille est.
Nec debes nuptā nuptæ, damnum addere dāno.
Ne sis prædurus pueris, sed mitior esto.

Filioli mater peccatum puniat, aut qui
Sunt generis primi natu, populive potentes.
Ne mari puero calamistris vre capillos,
Nec summis nodos, nec des crinale capillis.
Non decet, vt iuuenes ita sint, vt fœmina cōpti,
Custodi puerum pulchrum florentibus annis.
Clusa tibi virgo thalamis seruetur honestis,
Neu sinito hanc ad connubiū foris vsque videri.
AEgre seruatur puerorum forma parenti.
Dilige cognatos, & idem sentito, quod ipsi.
Obserua canos, cedas de munerib[us]que,
Déque loco senib[us], natuque, & stirpe senémque
AEquali similem tractabis honore parenti.
Præbe, quod ventris debetur iure, ministris.
Et sua da seruo, sic te quoque seruus amabit.
Néve inscribe notas, hæc sunt opprobria, seruo.
Ne defer seruum regi, sic læditur ille.
Consilium, recte si sentit, & accipe serui.
Hæc animamque tuā purgant arcana, piántque,
Iustitiæ, corpus, quorum qui iussa sequuntur,
Felicem poterunt hi totam degere vitam.

A V R E A C A R M I N A P Y T H A -
goræ, Claud. Monsello interprete.



Eternos venerare deos, vt lege iu-
bentur,
Et iusjurandum:clarosque heroas
honora:
Debita dæmonibus sacra fac, &
defer honores.

Tum venerare tuos genitores, atque propinquos.
Ex alijs tibi fac socium, cui plurima virtus.
Lenibus & verbis, & faustis cedito rebus.
Exiguam ob culpam caueas offendere amicum,
Vt poteris. posse, & cogi, haud diuersa videntur.
Ista quidem noris. sed & hæc cohibere labora,
In primis ventrè, & somnum, venerisque coérce
Illecebras, irámque. nec vnquam turpia patra
Aut præsente alio, aut tecum: téque ipse verere
Ante alias omnes: sit apud te summa pudoris.
Tum quoque iustitiā factis, verbisque sequare.
Fac prudens vt sis, & re consultus in omni.
Et teneas fatis mortem omnibus esse paratam.
Rem quādoque para, quandoque amitte libéter.
Cum tibi quid dederint superi diuinitus horum
Quæ generi humano gaudent inferre, malorum,
Fer placide, pectusque tuum ne scinde dolore:
Sed quantam poteris tibi tu conferto medelam,
Et reputa non multa bonis bona sortis adesse.

A

Sermones hominum multi prauique, bonique:
Sed neve obstupeas, neu te patiaris ab illis
Seduci. audieris mendacia si qua referri,
Cede libes, sed quod dicam tibi, perfice prorsus.
Nec verbis, nec re caue decipiari ab ullo.
Ne facias, dicasve, tibi quod obesse putaris.
Ne sine consilio quid agas, ne stulta sequantur.
Infelix ille est, qui stulta facitve, refertve.
Hæc peragenda tibi, quæ te non angere possint.
Quæ nescis, ea ne facias. sed disce libenter
Quæ decet, & lætam poteris traducere vitam.
Nec curare parum valeas ut corpore debes:
Quin motus adhibeto modum, potusque, cibique.
Idque appello modum, quod te no laedere possit.
Delicias fuge, munditiem sed quærito victus.
Quæcunque inuidiam conflant, tractare caueto.
Ne temere sumptus fac, tamquam ignarus honesti.
Sed neq; sordid' esto. modus pulcherrima res est.
Hæc gere, que nequeat te laedere. nec prius ullum
Aggregiaris opus, quam sis meditatus abunde.
Ante tuos oculos placido ne trade sopori,
Quam quid quoque die gestu, ter mete reuoluas:
Quo sum transgressus? quid deliqui? quid omisi?
Sicque à principio exorsus, percurre deinceps:
Sis tristis, mala si fuerint: sin candida, lætus.
His studeas, his aduertas, hæc pectore serua.
Hæc te virtutis diuæ in vestigia ponent:
Per cuius tribuit nobis doctrina tetraactyn,

A Eternæ fontem naturæ ac sancta precatus
Numina, rem tractes. atq; hæc si cuncta tenebis,
Quo res quæq; statu fuerint hominūque, deūmq;
Cognosces, tum quo pacto semota recedant
Singula, tum maneant æterno fœdere iuncta.
Nosces, vt fas est, naturam semper eandem:
Vt quæ non sperare decet, nec habere facultas,
Talia ne speres nec te quid fallere possit,
Nosces sponte sua genus vt mortale prematur:
Infelix, qui non bona vel præsentia cernit,
Aut audit. pauci finem nouere malorum:
Idque est mortales quod verberat: vtque cylindri
Perpetuis acti fatis hinc inde feruntur.
Quippe molesta comes lis, atque innata nocere
Clam solet: hæc caueas accersere, sed fuge cedens.
Aut tu solue malis homines bone Iuppiter, aut tu
Cuique suum monstra genium, quo debeat vti,
Sed cōfide animis, homines sunt quādo perēnes,
Sacra quibus ratio profert, & singula monstrat.
Quorum si qua tibi pars est, tu compos eorum
Euades, quæ præcipio, cunctasque repellens
A Erumnas, animum poteris præstare quietum.
Abstineas dapibus, quas dixim^o, inq; catharmis,
Inque animi lysi, necnon & singula pendas,
Aurigam faciens mentem virtute probatam.
Atque ubi defunctus conscenderis æthera dium,
Iamque æternus eris, deus immortalis, & omni
Interitu vacuus, nullisque tenebere fatis.

THEOGNIDIS HAEC QVO-
que carmina citantur.

Curæ hominū volucres animos ad sydera tollūt,
Et vitæ & victus sollicitante fame.
Indulgere libet genio. nam forte viriles
Euadant alij, puluis inanis ego.
Præstat honore senile decus iuuenilibus annis:
Quem dicto aut factō lādere nemo velit.
Quotquot sol radijs lustrat splendētibus almus,
Inuidus intulerit crima Momus eis.
Noscere nō hominum quæ sit sententia possum,
Nec bene si faciam, nec male, sic placeam.
Abruptus de conturbato pectore sermo
Consueuit varijs Cyrne nocere modis.

PHOCYLIDIS.

In medijs epulis cum dantur vina vicissim,
Tu quoque pocula duc aliorum exépla secutus.
Quæris opes? agrum pingue exercere labora.
Est etenim pleno fundens bona copia cornu.
-Genus hoc quoque nobile multum,
Cuius nec mentis, nec linguæ est gratia fallax.

E POETIS VETERIMIS

Opera sententiosa quæ supersunt.

E SOLONIS ELEGIIS.

VOs ô Pierides Musæ me audite precantem,
Clara iouis proles Mnemosynésq; deum:
A superis vt sim felix date, ab ore virorum
Nominis vt surgat prospera fama mei.
Hostes me durum, suauem experiantur amici:
His veneranda, illis ora timenda geram.
Diuitias opto, sed iniqua fraude parare
Nolo: nam tandem pœna dolenda venit.
Durant quas tribuit diuinum numen, ab imo
Ad summum stabiles vsque cacumen opes:
Quas veneratur homo, vis ac iniuria fallax
Congerit inuitas artibus atque dolo:
Idcirco subito cladi miscentur acerbæ,
Quam veluti flamمام parua momenta cident.
Exigua est primum, sed vix toleranda recedit:
Nusquam facta malæ mentis inulta manent.
Sed finem cuiusque videt Deus: atque repente,
Irruit, vt verno missa procella die,
Quæ maris immensi postquam volentibus vndis
Aequora concussit, déque ferace solo
Lætas excussit segetes, ascendit ad altas
Diuorum sedes, astraque clara facit:
Almâque vis terram collustrat solis opimam,

A

S O L O N I S

Et parent toto nubila nulla polo:
 Sic subita est vindicta Iouis, quē nō tamen vt nos,
 Quamlibet ob causām ira mouere solet.
 Nec celare potest se mens impura malorum:
 At cuiusque suo tempore vita patet.
 Continuo pendunt hi pœnas, serius illi:
 Si nunc fata aliquos præteriere deūm,
 Asperiora iterum venient, tandemque parentum
 Auctorum nati facta scelestā luent.
 At nos sic homines vna iustique malique
 Id quod quisque tenet, ducimus esse bonum,
 Donec quid passi lachrymas fundamus inanes:
 Interea ad spes nos ocia vana trahunt.
 Si cuius squallent exangui corpora morbo,
 Certo persuadet sana futura sibi.
 Cum sit hic ignauus fortē se iudicat esse,
 Pulchrum deformis se quoque censet homo.
 Pauperie hic rapida postemam rosus ad arcām,
 Se tamen immensas cogere credit opes.
 Colligit hic alibi, ille per æquora salsa vagatur
 Nauibus, exoptans lucra referre domum,
 Per mare piscosum ventis delatus iniquis,
 Omnino vitæ nulla pericla timens:
 Alter pingue solum curuo perstringit aratro,
 Cuius in inflexo vomere cura vacat:
 Vulcani artificis notis, doctæque Mineruæ
 Artibus ad viētum colligit ille satis:
 Alter Olympiadum musarum munera doctus,

Affectus sophia frænat vbique suos.
 Vatem alium primus iaculator fecit Apollo,
 Qui destinatum prædicet ante malum,
 Cui faueant superi: verum fatalia prorsus
 Soluere nulla queunt sacra, nec auguriū.
 Pharmaca Pæonis medica qui floruit arte,
 Nonnulli exercent: meta nec hosce regit.
 Exiguus nam sæpe dolor dimanat in acrem,
 Quem medicina quidé blanda leuare nequit:
 Hunc grauibus multo languentem tēpore morbis
 Contingens sanum protinus ille facit.
 Cōmoda nonnunquā fatōque molesta trahútur,
 Nec tibi missa deūm dona vitare potes.
 In cunctis discrimen inest, nec nouerit ullus,
 Vertere quo se rem debeat aggrediens:
 Incœptas aliis bene res absoluere tentans,
 In magnam noxam labitur improudus:
 At subiens aliis non rite negocia, fausto
 Successu rerum soluitur inficitia.
 Porro nullus opum mortales inter, habetur
 Finis: nam nostrūm qui bona plura tenent,
 Bis tantum quærunt: quisnam satiauerit omnes?
 Vulpinos astus dij tribuere viris:
 Hinc tamen emergit clades quam Iuppiter vltor,
 Cum mittet, nullus non aliquando feret.
 Eiusdem.
 Inter mortales quos lustrant lumina solis,
 Nullus non miser est, nemo beatus inest.

Eiusdem.

Mors mea ne careat lachrymis : líquamus amicis
Mœrorem, vt celebrent funera cum gemitu.

Eiusdem.

Nube niues tenues, & grando gignitur acris,

Et tonitus alto fulgur ab axe ciet:
Flatibus assiduis miscentur & æqua: si quis

Non moueat, quicquam iustius esse nequit.

At cecidere viris persæpe potentibus vrbes,
Detrusa inque ferum plebs stolida imperiū est.

Nam quæ sat fuerat populo permissa potestas:

Nec detractus enim, nec datus ullus honos.

Ast ij diuitijs magnis opibúsque superbi,

Queis præterquā æquum munera nulla dedi.
Sed valida amborum muniui pectora parma:

Vincier at neutrum, vincere néve tuli.

Eiusdem.

Tu nunc sceptr'a tene Solis per secula felix

Regens, hancque vrbē post genus omne cole:
Me Cypris antiquo celeri cum puppe remittat

Littore quæ violis frondea serta gerit:

Et mihi post tanto nomen pro munere grates
Soluat, & in patriam diua secundet iter.

Eiusdem.

Tristia commissæ luitis si præmia noxæ,

Ne vos in superos concitet ira deos.

Namque viros auxit vestri custodia quondam,
Subdita qui vobis sub iuga colla premunt.

S E N T E N T .

Quius enim vestrum vulpis vestigia calcat,
Vobis mens stolida est omnibus atque leuis.
Suspicitis nam linguam hominis, versutaque; verba,
Quod tentet nemo cernere curat opus.

Eiusdem.

Mox ventura dies mea sit quae insania cunctis
Monstrabit, vero prosiliente palam.

Eiusdem, Melanchthonne interp.

Non vrbem superi cupiunt euertere nostram,
Et nobis, nisi sint numina laesa, fauent:

Ac nostrae custos arcis Tritonia Pallas,
Perpetua cura moenia nostra tegit:

Ipsi sed patriam sceleratis mentibus ultro
Conantur ciues dilacerare suam.

Nam precio quidam vendunt, legesque, fidemque;
Aurum qui nullo iure modoque petunt.

Sæuitiam exercent, rapiuntque tyrannida quidam,
Induat ut iustus ciuibus arma dolor.

Pars studet & sarcire domestica damna rapini,

Exhausit patrias cum male luxus opes:

Diripiuntque vrbis patrimonia publica nostræ,
Et sibi diuitias vique doloque parant:

Et non iustitia formidant numen, & iram,
Consilijs superum quae dea semper adest.

Hæc oculis cernit vigilantibus omnia facta:
Nemo putet falli numina posse deum:

Et quanuis poenas differt aliquando, tacetque,
Mente tamen memori facta nefanda notat,

Exigit & tandem poenas, non regna, nec vrbes

Effugiunt clades, quas meruere graues.
 Hinc vrbs diuitijs quondam, imperioque superba,
~~sd~~ Seruitij patitur tristia iura modo:
 Aut rabidi ciues in mutua vulnera stringunt
 Exorta gladios seditione suos:
 Aut validos hostes sine causa forte laceſſunt,
 Sopitumque mouent, quod fuit ante malum.
 Nanque vrbs, quæ socios iniustis prouocat armis,
 Mox ruet, & subitis est peritura modis.
 Casibus his validæ gentes delentur & vrbes,
 Pro spreta pœnas quæ pietate luunt.
 Et si qui excidio patriæ fortasse supersunt,
 Posthac fata illos non leuiora manent:
 Extorres, sine spe, sine sede, inopésque vagantur,
 Aut empti precio vincula dura gerunt.
 Sic partem fert quisque suam, cum publica clades
 Incidit, & prohibet ianua nulla malum:
 Nō latebræ quenquā fugientē abſcōdere possunt,
 In thalamos penetrant publica damna tuos.
 Hæc moneo ciues, nec fabula ficta putanda est:
 Leges atque deum spernere, crede, nocet.
 Sed placidam retinet pacem reverentia iuris,
 Peccanti quæ non parcere lenta solet.
 Hæc prohibet turpem luxum, frænatque rebelles,
 Crescere nec patitur semina sparsa mali.
 Iudicis emendat fraudes, violentaque facta
 Nasci inter ciues, dissidiūmque vetat.
 Denique vita hominū trāquilla & honesta mane-
 Seruandi leges dum pia cura manet. (bit,

Eiusdem.

Nascitur ex opibus satiata iniuria multis.

E TYR TAE O, CLA VD. M O N-
sello interprete.

Non ego vel cursus vel claræ nomine luctæ,
Cōmemorare virum, nec celebrare velim:
Nec si corporeis Cyclopas viribus æquet,
Et celerem currens anteuolet boream:
Nec si Tithono fuerit formosior ipso,
Sítque Mida longè ditior, aut Cinyra:
Nec si vel Pelope audaci mage regius esset,
Linguaque Adraستao plena lepore fluat:
Nec si laus omnis ferret huic, nisi bellica uirtus:
In bello quoniam strenuus esse nequit,
Si non sustineat cædem spectare cruentam,
Conserat & denso primus in hoste manum.
Illa quidem virtus, atq[ue] optima præmia ferri
A iuuene ingenti nec sine laude soleant.
Spes & fida salus populi est totius & vrbis:
Qui primos inter continua arma gerit,
Nec fugere omnino didicit, nec vertere terga,
Audaci ast animo cuncta pericla subit.
Hortatürque mori socium, & discrimina ferre,
Ille vir in bello strenuus vñus erit.
Iámq[ue] hostile premens magna vi cōtudit agmen,
Regit & arbitrio nobile Martis opus:
Ac tandem occubuit confossus in ordine primo,
Nobilitans patriam, nobilitansque patrem,

Postquam ictus crebros dissecto vmbone recepit,
 Vnde vulneribus saucia membra gerens,
 Illum omnes pariter deflet iuuenesque senesque,
 Et summa exequias vrbs pietate facit.
 Multus honos tumulo, natisque rependitur eius,
 Et soboli illorum, quae genus inde trahet.
 Non decus illius, celebris nec fama peribit.
 Immortalis enim est, sit licet in tumulo,
 Quisquis in arma ruens, nec saeuo à Marte recedes,
 Pro patria, & natis fortiter occiderit:
 Si vero in columnis mortem vitarit acerbam,
 Rettuleritque sua parta trophæa manu,
 Illum omnes pariter decorat iuuenesque, senesque,
 Et bona percipiens plurima lætus obit:
 Affectus senio toti gratissimus vrbi est,
 Profus & hunc ipsum lacerare quisque cauet.
 Turba senum, iuuenumque loci concedit honore:
 Nullus & æqualis se æquiparare velit.
 Ergo aliquis tantæ uirtutis tangere culmen
 Conetur, toto pectore bella petens.
 Eiusdem vel Callini.
 O iuuenes, quid vult sibi tanta ignauia? ybinam
 Sunt animi?num de finitimis rubor est,
 Segnitem ob vestram?secura pace potiri
 Creditis: at bello patria tota tremit.
 Quilibet audacter mauortia surgat ad arma:
 Atque aliquis moriens ultima tela vibret.
 Pro patria pulchrum est, natisque, & coiuge chara
 Pugnare, & valida bella ciere manu.

SEN T E N T .

Mors aderit, cùm fata volent. iam quis mihi rectà
Prodeat in pugnam, cùm citò cœpta fuit,
Tollens terribili gladium virtute, tegensque
Fortia prægrandi pectora sub clypeo?
Effugere haud vlli mortem conceditur, et si
A superis ortum duceret ipse suum.
Sæpe quis à bello, telisque reuersus, & hoste,
Repperit in proprijs ædibus exitium:
Nec tamē hic gratus populo est, nec amabilis vlli:
Illum autem deflet cum iuniore senex.
Quippe sui desiderium post fata relinquit
Fortis, at in vita est semideo similis:
Conspicitur siquidem veluti fortissima turris:
Nam quæ multi agerent, omnia solus agit.
Eiusdem.
Alcidæ sedenim genus insuperabile, forti
Este animo: nondum flexa Iouis facies.
Vos ne turba virûm, densus ne terreat hostis:
Omnis in aduersos obuia tela gerat.
Inuisamque adeo statuens abrumpere vitam,
Præcipiti cursu malit obire semel.
Nostis enim quām sint horrentia prælia Martis,
Nostis & armigeræ quanta sit ira deæ.
Terga cecidistis partim, partimque fugati
Estis, & experti scitis utrunque satis:
Qui perstant simul, & primi certamina tentant,
Audentes animo cominus arma sequi,
Perpauci moriuntur, & à tergo agmina seruant:
Ast hominis timidi gloria tota perit.

Vix mala quis verbis perstringere singula possit,
 Quæ vir, qui in bello turpia gessit, habet:
 Nempe ingens ignominia est, fugitare parantis
 Lethali gladio terga secare viri:
 Turpe & puluera stratum tellure cadauer,
 Dorsa gerens crebris saucia vulneribus.
 Progrediens aliquis maneat pede firmus utroque
 In terra, stricto dente labella premens:
 Et latum obijciens clypeum protendat ad iactus
 Qui femora, atq; humeros, pect' & omne tegat:
 Atque manu dextra robustam torqueat hastam,
 Et summo pendens vertice crista tremat.
 Fortiter arma mouens, bellandi exerceat artem:
 Nec procul à telis perstet habens clypeum.
 Congrediens aliquis gladium vibrando, vel hastā,
 In pugnam, socium cominus accipiat.
 Cum pedibꝫque pedes, cū scutis scuta coaptans,
 Cum crista cristam, cum galea galeam,
 Et pectus ingens cum pectori, pugnet in hostem,
 Siue tenens hastam, siue tenens gladium.
 At vos, qui leuibus nudi trepidatis in armis,
 Grandia præualida mittite saxa manu:
 Atque hostes contra teretes torqueat sagittas:
 Nec quis ab armatis ausit abesse viris.
 Eiusdem.
 Gloria magna viri est, qui primas ante phalangas,
 Occubuit, patriæ nomine bella gerens:
 At miserum est aliquis patria cum pulsus & agris,
 Mendicans victum quærit ubique suum,

Et chara cum matre, sene & genitore vagatur,
 Vxorem iuuensem, & pignora parua trahens.
 Nāque odiosus erit, quācunque migrarit in vrbē,
 Vt qui pauperiem pergraue gestet onus:
 Et genus infamat, & formæ turpat honorem:
 Denique & anxietas, & dolor omnis adest.
 Atque viri tandem per tot discrimina tracti
 Quis pudor? aut quæ animū tāgere cura potest?
 Has nos pro patria, & natis moriamur in armis,
 Nec vitam metuat perdere quisque suām.
 O iuuenes propè conferti Mauortis obite
 Prælia, nec turpi vertite terga metu:
 Audaces quin este animis, & pectore fortis,
 Inter pugnandum nec sit obire graue.
 At queis iam nec mébra vigēt, & quassa pedū vis,
 In bello pudeat deseruisse senes.
 Infame hoc & turpe nimis, iuuēnū ante cateruas,
 In primis senior si cadat agminibus,
 Canos iámque gerens barbae, capitisque capillos,
 Exhalans animam puluereum per humum,
 Atque tenens manibus respersa cruore pudenda,
 Cernenda iratis non nisi luminibūs.
 Omnia persimilis iuueni, conamine magno,
 Vt pubertatis flos sibi detur, agit.
 Ille oculis hominum gratus, dum viuit, habetur:
 Strenuus at primus cæsus in agminibus.
 Progrediens aliquis maneat pede firmus vtroque
 In terra, stricto dente labella premens.

E N A V M A C H I O S I M . V A L L A M
berto interprete.

Ex pertem veneris satius mansisse, pudore
Indomito, & puris meditari gaudia curis:
Atque vtero nullum grauidanti tollere pondus,
Lucinæ & duros non formidare labores.
Ast in fœmineo reginam accumbere cœtu,
Mentis eò vitæ mittentem lumina, verum
In qua connubiū pulchrūmque iugatur, & in qua
Diuinis claros monitis parit obsita sensus.
Quòd si te ignotæ vitæ subit alta cupido,
Dicam equidem prudens, qua tu ratione secundis
Hanc ducas nauem ventis, ac pectore lato.
Hic tibi sit coniux quem decreuere parentes.
Viues, si fueris prudentem nacta, beatè:
Sin secus, hunc animo fas est tolerare libenter.
Quòd si quid suadens prudenti fuderit ore,
Obsequitor: morum nec sit discordia: blandis
Ac potius verbis tristes huic exime curas.
Est indignanti coniux doctrina marito.
Ille foris tractet quæ possit munera rerum:
Ipsa domus custos priuatam suscipe curam.
Fœmineum quæ scire nefas genus, absit ab illo
Ut perconteris: facilem te redde loquenti,
Cum te consilio iunget, cunctatique, paucis
Responde: neque suscipias mandesve quid æquè
Ac possis pariter; nam sic frustrabere tandem.
Est solo contenta viro proba nupta: nec ipsam

Alter conspiciet nudam iacuisse cubili.
 Stulte facta viri toleres: est nanque necesse,
 Sæpe etiam morbum, quantumuis anxia possis.
 Supprime pectoribus curas: neque facta mariti
 In vulgus profer, tacita hæc lateantque parentes.
 Sola sed errantem moneas, idque ore detenti.
 Commouisse potest hominem male cōdita sanū,
 Sæpe vel insanum placata oratio mulcet.
 Si sceleratorum vitium contraxerit v̄su,
 Ipsum ne iurges, contrà nec suscipe rixas:
 At sere dissidium socijs, vt fœdera rumpant.
 Est facilis dissoluendi via pacta malorum,
 Estque viris in amore probis coniunctius addi
 Et sanis. quis enim stultum sibi poscat amicum?
 Ergo sic dulcem complectere corde maritum:
 Noscat & hic clarè, toto quām pectore natos
 Amplexere: etenim non est ijs moribus, ipsum
 Nosse fidele quidem, neque iūgere pectus amatis.
 Illa autem exaudi virgo quā pectore serues,
 Nec facilem risu vultum, nec suscipe tristem:
 Ocia nec ducas, moderatos sume labores.
 Te lenem nimium seruis, ne rursus acerbam
 Præbe, semper enim dedit indulgentia damnum.
 At timidis dominus multomagis imperat audax.
 Ante alienigenūm fugias consortia, verè
 Quām sint ex alijs horum tibi pectora nota.
 Ne malesuada tuas anus admittatur in ædeis.
 Omnino euertere domos silicernia multas.

Nec linguax subeat mulier consortia tecum.
 Corrumpit sanos non sana oratio mores.
 Auro ne studeas nimium, neque laetitia colla
 Purpureive hyacinthi onerent, viridis vel iaspis,
 Ista, quibus nimis incubit gens nescia recti.
 Tu vero virgo nugalem despice mundum,
 Nec speculo manibus discernens inspice formam.
 Sed neque multiplices nodis intexe capillos:
 Lumina nec cingant falsò nigreria malae.
 Haud generi natura dedit non integra vestro
 Corpora, quo sit opus formas affingere formis.
 Quo te virgo viris sapientibus ore parabis,
 Mortale hoc corpus vario depicta colore?
 Te tibi dissimilem video, nec prorsus eandem,
 Vno non vnam fœmellam nomine vultus.

Eiusdem.

Est aurum argentumque nihil nisi puluis, & ipsi
 Quos maris ad littus permiscet arena, lapilli,
 Fluminis & temere profert quoque ripa iacetes:
 Tum quibus insudant vndosa per æquora nautæ,
 Muricis & Tyrij vestes cruor inficit ostri.

E M I M N E R M O.

NAscimur ut florū folia alma coloribus hora
 Profert, cum soles percipit aura nouos:
 Quæ similes, fluxo exhilaramus flore iuuentæ:
 Quæ malanos maneant nescimus atque bona.
 Interea atratæ veniunt ex ordine Parcæ,

Hæc senio tristi, morte graui illa premens.
 Scilicet ætatis fruimur fero re pusillum,
 Quantum sol terris porrigit orbe suo.
 Ast vbi defessis mutatur viribus ætas
 Mors tum quām vita est experiunda magis.
 Multis nanque malis animis vexatur, & ædes
 Perdunt ærumnæ pauperiæsque grauis.
 Sunt queis deficiat proles: rebūsque cupitis
 Frustratos alios impius Orcus habet.
 Pestiferi tentant alios morbi: neque quisquam
 Non patitur celsi fulmina multa iouis.
D
 Eiusdem.
 Vana velut nequeunt somnia stare diu,
 Sic iuuenile decus nec durat, sed caput instans
 Tristis & informis, curua senecta petit,
 Obscurans claros, odiosa, infamis & iners,
 Oblædens oculos, ingeniumque simul.
S
 Eiusdem.
 Qui formosus erat, quum se mutauerit ætas,
 Inuisus natis fit pater ac socijs.

E C A L L I M A C H O.

IVrauit, sed vera ferunt, quæ adhibentur amore
 Iusuranda, aures nulla subire deum.
 Eiusdem.
 Pinguia quæ sensi madidis vnguenta capillis,
 Atque tuli circum sua via ferta comas,
 Omnia continuo periere, inolentia prorsus:

Eque gula ventrem quæ subiere pigrum,
Crastina lux horum nil continet: at quod in aures
Accepi, firmum pectore mansit adhuc.
Eiusdem.

Nec vita aucta bonis virtute absente feratur.
Eiusdem.

Dant semper paruis parua obeunda dij.

E X E V E N O P A R I O.

Q Vicquid protuleris, pariter cōuellere multis
Consuetum: at recte nemo studere solet:
In quos quod prisco fēstur sermone retorque,
Illa tibi placeant, hæc mihi certa placent.

Eiusdem.

Si tibi quæratur sapientia, fortiter aude:
Sin minus, audentis prauus inérsque labor.

Eiusdem.

Sæpe hominum mentes excandens ira recludit
Cæcas, quámque furor deteriora parit.

Eiusdem.

Nascitur ex longi meditatio temporis vſu,
Atque in naturam desinit aucta diu.

Eiusdem.

Durum est quod cogit quódque necesse pati.

E R H I A N O.

SIccine decipimur mortales mentibus omnes,
Accipimusque deūm variantia munera cæcis.

Pectoribus. nam quem paupertas durior vrget,
 Multa agitans secum, maledictis numina vexat,
 Virtutisque, animique sui contemptor acerbus:
 Nec audens quicquam magnum dicat faciatue,
 Quem timidum ditescentis præsentia terret,
 Et cui corda pudore malo ac mœrore fathiscunt.
 At bona cui fortuna fauens, opibusque potiri,
 Imperioque dedit deus, hunc obliuio cœpit,
 Quod pedibus terram terat, ex mortalibus ortus:
 Sicque superba solet falsus iactare, tonantis
 Instar, & arrectam ceruicem tollit in altum,
 Formosumque pusillus vult ambire Minerua,
 Querit quaque via ad summum contedat Olympum,
 Ut magnus magnis epulans cum dis agat æuum.
 Mollibus at pedibus quæ circunuoluitur Ate,
 Supremo capiti insperata inuisaque tandem
 Nunc veterum pœnas vultu iuniore rependens,
 Nunc veteri scelerum iuniorum considet, alto
 Gratificata Ioui atque Dicæ charissima sanctæ.

EX ERATOSTHENÆ.

ESt eadem vini atque ignis violentia sumpti:
 AEstuat vt Libyci fluctuat vnda maris,
 Quam notus aut boreas agitat: & operta recludit
 Funditus, atque viri pectora magna quatit.

C

E P A N Y A S I D E.

Ela agendum bibe nūc hospes: nō infima virtus
 Per multos si quis calices exhaustat ipse,
 Helluo doctus & egregius, sociisque propinet:
 Nec minus in medijs epulis est fortis habendus,
 Quām ferus in bello miles lachrymoso, vbi pauci
 Extant qui inuadant martem, excipiāntq; crūētū.
 Huic ego contulerim qui inter conuiua lātus
 Exhilaret socios, & Bacchi pocula libet.
 Non etenim puto ego vitalem viuere vitam
 AErumnosi hominis, quisquis noua pocula siccū
 Ingerit in pectus, vino potiore relicto.
 Bacchus enim prodest quātum mortalibus ignis.
 Vina bonos faciunt, mala auertūt, exhilarāntque.
 Queis comites sacrę Thalia Aglaiāque sequūtur,
 Et lepidi saltus & suavis gratia amoris,
 Et certaminis, & pungentis corda doloris.
 Quin igitur epulans animis lātantibus hauri
 Pocula, mera bibens: nec vulturis instat edacis,
 Desideas plena aluo, oblitus lātitiarum.

Eiusdem.

Vino nil melius concessum munere diuūm
 Extitit: at modicum prodest, nocet immoderatū.

E L I N O, V A L L A M B E R T O INT.

SCire viam in primis veram rectāmq; labora,
 Intentus monitis aures & pectora nostris.
 Damnosas nimium sortes auerte, profanum

Quæ sternunt vulgus, noxísq; per omnia vinc̄tos
 Omnigenis cogunt, speciēque teguntur inani.
 Has procul ex animo pellat custodia mentis.
 Purgabunt veluti nam te ista piacula ritu,
 Harum si fueris genus exitiale perosus,
 In primisque iram, semper quæ est causa malorū,
 Quam stolidis ductat frenis vesana libido.

Eiusdem.

Omnia sperandū:nec enim insperabile quicquā.
 Ac nil non facile est:quę vult facit omn ia numē.

E M E N E C R A T E.

Q Vərimus absēntē votis, prēsēnsque senectus
 Carpitur:vt placeāt cuncta futura magis.

E P O S I D I P P O, E R A S M O I N T.

Q Vodnam iter humanæ cupias insistere vitæ?
 Quoquo te vertas, omnia plena malis.
 Litigijs causisque forum strepit vsque molestis:
 Perpetua cruciat sollicitudo domi.
 Enecat assiduis rus triste laboribus:vndas
 Et freta si sulces, mille pericla premunt.
 Viuenti peregrè, si res tibi suppetat ampla,
 Cuncta miser metues, nec bene tutus ages:
 Rursum si vacuæ pendebunt ære crumenæ,
 Ut durum ac miserum est hospitē egere virū.
 Coniugium sequeris?quanta hīc te cura sequetur:
 Desolatus eris, si sine coniuge eris.

Si tollis sobolem, multo educanda labore est:
 Non tollis, orbi lumine vita vacat.
 Si iuuenis fueris, vaga & inconsulta iuuenta est:
 Viribus effeta est cana senecta suis.
 Ergo quid est reliquum, quæso, nisi sanus ut optes
Alterutrum, aut nunquam tristibus è sinibus
 Materni prodijisse vteri, aut ubi protinus illinc
 Exieris, Stygias abdier in tenebras.

M E T R O D O R I E X A D V E R S O.

Vamlibet immo viā vitæ ingrediare licebit:
Quodque blanditur plurima cōmoditas.
 Concio si placet atque forū, hinc vberrima famæ
 Materia, hinc ingens gloria colligitur:
 Hinc bene tractandis prudentia callida rebus,
 Exeritur: rursum vita quieta domi est.
 Rura petis? vario illic oblectamine mentem
 Naturæ facies pascet amœna tuam.
 Dulcia prædiues lucra suppedit auerit æquor:
 Si peregrè viuis, résque tibi superest,
 Multus honos comitatur: habes nil, ergo pudoris
 Est minus, ipse tibi conscius vnum eris.
 Vxor ducta tibi est, dom' optima proinde futura
 Non ducta est? curis exoneratus ages. (est:
 Si tibi dulce patris cognomen pignora nata
 Donant, & quod ames, vnde & ameris erit.
 Orbus agis? orbi est sine sollicitudine vita,
 Quam patribus soboles ferre alitura solet.

Vt constant viridi roburque vigórque iuuentæ,
 Commendat pietas sic sua canitiem.
 Nil ergo video causæ cur alterutrum optes,
 Aut nasci nunquam, aut interiſſe statim:
 Quādoquidē humanæ quæ tandē est portio vitæ
 Non optanda bonis atque adamanda suis?

E S I M O N I D E, G E O R G I O B V-
 chanano Scoto interprete.

Rebus in humanis nulla est constantia certa,
 Veridico vates Chius vt ore canit:
 Non minus est folijs hominū gens fluxa caducis.
 Pauci vbi ceperunt auribus ista, suis
 Pectoribus fixere animis nāque indita quondam
 Spes teneris blandè credula corda fouet:
 Et dum lāta viret iucundo flore iuuenta
 Percursant animos irrita multa leues:
 Nec seniū, mortémue pauet: neque corpore sano
 Prouida venturi cura doloris adeſt.
 O maleſtultorum mens credula, qui breuis æui
 Tempora non norint quām fugitiua volent.
 At tu præmonitus nigræ ad confinia mortis
 Lætus age, & Genio gratificare tuo.
 Ex iambis eiusdem.
 Primum seorsum à fœmina mentem deus
 Creauit: illam ex hispida setis sue
 Cui cuncta cœno fœda fôrdido, domi
 Humi supellex turpiter prouoluitur.

Illota & ipsa veste turpis, squallida
Pinguescit alto desidens in stercore.

Aliam è scelesta vulpe formauit deus:
Quæ cuncta nouit, nec boni quicquam aut mali
Ignorat: hoc in genere plurimum boni
Inest, malique plurimum: ac sæpe temere
Modo huc, modo illuc flectit ira mobilis.

Alia parentem moribus refert canem:
Maledica, cuncta audire, cuncta cernere
Intenta, & acri cuncta figens lumine.
Pafsim errat: & si neminem conspexerit
Oblatrat. hanc vir nec minis compescere
Queat, nec ira turgidus si excuserit
Ei silice dentes, nec suaui blandiens
Sermone, nec si sedeat inter hospites,
Sed pertinaci iurgio incassum furit.

Hanc fabricarunt terream dij, inutile
Onus marito, nec boni quicquam, aut mali
Quæ norit: vnum id docta tantum, gnauiter
Comesse: & algens bruma cum induxit niues
Horrens, sedile proprius ad focum admouet.

Nunc animū ad illam verre, quæ nata est mari.
Modo læta totum gaudet ac ridet diem,
Vt hospes illam laudet intuens domi,
Nullamque iuret fœminam vsquam gentiū
Bonis, honestisque hac priorem moribus.
Alias nec vlli facilis a spici, neque
Patiens adiri proprius, indomitum furit,

Ceu fœta catulis accubans teneris canis,
 Insuavis, aspra, tristis, ex æquo hostibus
 Eadem atque amicis: instar instabilis freti,
 Quod nunc per æstum leniter stratum iacet
 Fluctu quieto, & gaudium nautis parit:
 Plærunque vasto sœuiens cum murmure
 Attollit vndas. illius plane refert
 Quæ nata ponto fœmina est, imaginem,
 Ingenio, & ira ceu fretum, mutabili.

E cinere, & asina exercita molestijs
 Efficta, tandem vix coacta vi & minis,
 In officio erit. desidens in angulo
 Noctem, diémque se cibis ingurgitat.
 Focumque sese propter etiam ingurgitat.
 Ad veneris autem furta amicum quemlibet
 Aduentitatem suscipit promiscue.

Mustela genuit aliud infelix genus,
 Miserumque, formæ nulla cui sit gratia,
 Nil suave, nulla illecebra, nil amabile,
 Inane amoris, atque mansuetudinis,
 Et coniugalis negligens tori, viro
 Præsente acerbo nauseat fastidio:
 • Furtisque multis noxia est viciniæ,
 Necdum immolatis vescitur etiam sacris.

Aliam equa molli genuit exultans iuba:
 Fugitans laboris, & operum hæc seruileum est:
 Nec admouebit aut molæ manum, aut cribrum
 Tollet, domo nec efferet fordæ, neque

Furno assidebit, verita ne fuligine
 Contaminetur. se coacta coniugi
 Simulat amicam, bis quotidie, interim
 Ter abluit se, & spargit vnguentis, comam
 Densam per humeros fusa, flore verticem
 Vimbrata, pulchrum ceteris spectaculum,
 Miserum marito:ni tyrannus quispiam
 Sit, rexue gaudens apparatu huiusmodi.

Hæc è parente simia est: qua Iupiter
 Non tribuit homini pestilentius malum.
 Huic singularis oris est deformitas,
 Gradiens per urbem risui est passim omnibus,
 Ceruice circum vix caput flectit breui,
 Depygis, arens osseis crurum artubus.
 O tale monstrum quisquis amplexu fouet
 Miserum maritum . callet instar simiæ
 Mentésque morésque omnium:nec soluere
 Risu ora curat, nec studet quicquam boni
 Facere: sed vnum id cogitat totum diem,
 Secumque versat, arte qua tandem scelus
 Designet aliquod maxime nefarium.

Ex ape creatæ coniugis felix vir est;
 Quæ sola nulli criminis est obnoxia:
 Vitamque longam, & floridam facit viro,
 Charoque chara consenescit coniugi,
 Fœcunda pulchrę & splendide propaginis.
 Intérque cunctas fœminas spectabilem
 Decore circum gratia ambit vndique

Diuina

Diuina: segnes nec frequentat circulos,
 Vbi de venereis fabulantur fœminæ.
 Tales mulieres Iupiter longe optimas,
 Et singulari præditas prudentia
 Præbet benignus, & fauens mortalibus:
 At reliqua genera callido Iouis dolo
 Creata cuncta sunt, & apud homines manent.
 Has nempe pestem Iupiter grauissimam
 Produxit, etiam vt ferre si quid commodi
 Videantur, ipsum id sit marito incommodum:
 Nec integrum vñquam transiget latus diem,
 Qui cum muliere degit vna:nec famem
 Diram è familia contubernalem, deūmque
 Hostem repellat facile. cum vir maxime
 Animo videtur latus, aut fato deūm,
 Authominis ergo, tum reperta criminis
 Occasione comparat se prælio.
 Nam sicubi ædes vxor vllas incolit,
 Nunquam hospes hilarè poterit illic excipi.
 Quod si qua frugi existimetur maxime,
 Longe supra omnes illa damnosissima est,
 Nempe oscitante coniuge . at vicinia
 Lætatur errore eius, & nuptam ad suam
 Animum retorquens quisque laudat propriam,
 Culpat alienam coniugem, cum cæteris
 Nec esse parili sorte nos cognoscimus.
 Nam maximum istud Iupiter genuit malum,
 Vinclumque nodo strinxit insolubili,

Vnde explicauit Pluto morte plurimos
Mulieris ergo conserentes dexteras.

Eiusdem.

Muliere nulla res viro præstantior
Bona euenire, nil mala peius potest.

Eiusdem.

Penes tonantem est exitus rerum Iouem
Fili, arbitratu cuncta qui gerit suo.
At mens hominibus nulla momentaneis
Est, in diemque viuitur mortalibus,
Prout quidque numen singulis finuerit:
Diuina blandis interim spes somnijs
Fouet vniuersos vana voluentes. diem
Expectat iste crastinum, ille plurimas
Messes, nec ullus non sibi mortalium
Promittit hilarémque, & opulentum proximum
Annum. sed alium tristis ante terminum
Mors occupauit: morbus alium lugubris
Extinguit: alios martio in certamine
Domitos nigrantes Pluto mittit ad domos:
Alijs procellis æstuantis æquoris
Iactans supremum claudit vnda spiritum.
Quos vita curis tristis exercet malis,
Hi lachrymosa ad fata restे nexili
Solis relinquunt sponte lumen. sic mali
Immune nihil est, mille sed mortalibus
Parcæ minantur, ac inexplicabilis
Dolor, & calamitas. si mihi tribuant fidem,

Se nullus vltro cruciet indulgens malis,
Animum tenaci nec dolore exerceat.

Eiusdem.

Homo cum sis nihil assere stabile:
Nec vbi videris hominem, certa
Spatia ætatis promitte. etenim
Musæ volucris res in morem
Inconstantia rotat humanas.

Eiusdem.

Nec vllus expers criminis, nec mortis est.

Eiusdem.

Vt arma fugias, fata non fugies tamen.

Eiusdem.

De luce cassis cor memoriam non supra
Vnum tenebit, si cor habeamus, diem.

P A R I S I I S

Excudebat Guil. Morelius

Cal. August.

D 2



H A E C I N P O S T E R I O R I B V S

Solonis & aliorum versibus corrigantur.

pag. 1, vers. 5, Clara Louis

7, 13, Nec si laus omnis foret huic

26, Rexit & arb' trio

10, 19 Et pectus iungens

14, 26, Quæ mala nos maneant haud liquet

15, 6 Multis nanque malis animus

18, 18 Quin igitur tu



